



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Theatrvm Conversionis Gentivm Totivs Orbis; Sive,
Chronologia De Vocatione Omnivm populorum, &
propagatæ per vniuersum orbe[m] fidei, Christianæque
religionis descriptio**

Mermannus, Arnold

Antverpiæ, 1572

urn:nbn:de:hbz:466:1-29996

N. I
53.

H. 4926.

THEATRVM
CONVERSIONIS
GENTIVM TOTIVS ORBIS;
SIVE,

CHRONOLOGIA
DE VOCATIONE OMNIVM
populorum, & propagatae per vniuersum or-
bē fidei, Christianæque religionis descriptio:
Auctore F. Arnoldo Mermannio Aloftano.

MATTH. XXVIII.

*Data est mihi omnis potestas in celo, & in terra: euntes ergo
docete omnes gentes.*

MARC. XVI.

*Illi autem profecti, predicauerunt rbiique, Domino cooperante
& sermone confirmante sequentibus signis.*



ANTVERPIÆ,
Ex officina Christophori Plantini.

ANNO M. D. LXXII.

A D L E C T O R E M.

AMICE lector, en tibi damus Theatrum omnium mortalium conuersionis ad fidem Christi, velut aut scenam quandam, in qua aliæ, aliæque personæ, suos quæque actus habent parresque agunt; aut tabulam, vnde (sicut ex charra Cosmographica prouincias, ciuitates, arces, fluuios, & eiusmodi discernere licet) cuius probatum compertumque esse queat, qua ætate cum primis, quibus Apostolis, apostolicis ueiris, quibus Pontificibus Max., demū quibus Imperatoribus, seu Regibus, seu principibus, prouinciae quæque ac populi ad Christianam religionem, verumque Dei cultum, abdicata superstitione, venerint. Illud duntaxat præmonuero, neminem mihi istuc succensere debere, si alios aliosque populos ab alijs alijsque Apostolis, alio atque alio tempore ad sanam mentē bonamque Christianæ pietatis frugem solicitatos reductosque refiram, quū varia metamorphosi ac vicissitudine reciproca, hos atque illos, nunc superstitionem religione, nūc contra (pro temporum morumque malitia, seu mortalium inconstantia) sæpenumero, hanc illa commutuisse liquidissimum sit. Istuc audenter dixerim neminem à fide cathol. desciscere posse, aut ad hæresim facile deficere, qui huic, non meæ (ne quis iactantiam mihi impingat) sed Christianæ adeoque catholicae scenæ patientem accommodet aurem. Vale.

ILLVSTRISSIMO³

DOMINO PRINCIPI,

D. Fulgentio de Bragança, Sereniss.
regis Hispaniarum D. Philippi cogno-
mento proprio Catholici, affini proxi-
mo, studiorum reisque cathol. Mæcena-
ti singulari. S. P.

O T mihi tatisq; cum
virtutum artiumque
encomijs, tum claris-
simi generis nobilitatis
titulis tua Illustriſſi-
ma Celsitudo celebrata
est, vt ea ſola ob mentem perpetuo vene-
rit, cui inter tumultuantum grassan-
tiumque belloruſ et vndique gliscentium
tragicos ſtrepitus atque fragores, hasce
meas elucubratiunculas nuncupare me-
ritò debuerim. Nam cùm ferè inter arma
leges silere, & Musarum studiorumque
quasi interregnū eſſe ſoleat; nunquam
Musas tuas, Augustinos, Ambrosios, Hie-
rony-

A 2 rony-

ronymos aliosque eius classis (quæ est
 huius tui animi constantia) feriari per-
 mittere , nullum literis vacuum officio
 tempus concedere , non modo nullū diem
 sine linea , sed nullam penitus diei partem
 absque literario penso elabi sinere , tua
 Illustrissima Excellentia alioqui occupa-
 tissima , prædicatur adeo , vt instar illius
 Scipionis Africani nunquam sis magis
 negociosus , quam cùm videris ociosus ,
 nunquam sis minus solus , quam cùm pu-
 taris esse solus , aut in morem illius clar-
 issimi viri Marcellini Augustalis pra-
 fecti , quem tantopere laudibus effe-
 runt SS. Hieronym. & August. cuique
 multas operas literarias clucubrarunt ,
 quòd inter bellandum militandumque ad-
 uersus Gotthos in Italiam Alarico rege
 irrumpentes , de origine animæ , de pro-
 uidentia , tamquam aliud agens , philoso-
 pharinon desineret . Illa enim non solum
 stoica , verum etiam Christiana ànæstera
 est , nobisque oraculis diuinis commenda-
 ta ,

5

ta, qua, non ut Bias, ut Socrates, ut
Pericles, ut Zeno quispiā in tauro Pha-
laridis, aut aliud eiusmodi popularis au-
ræ vile mancipiū, sed ut Christianus, in
extremis vitæ humanae ærumnis & cla-
dibus, animo suo imperans, suique solidè
compos, summam retinet tranquillitatē,
in summa rerum omnium tempestate, spe
fultus æternæ beatitudinis. Qui enim
ita compositus ordinatusque est, tametsi
cælum ruat, impavidum ferient ruinæ.
Neque procul ab isthac fortitudinis fa-
stigio abesse videri debet tuæ amplitu-
dinis sublimitas, quæ inter crepitantium
bombardarum horrida Vulcanitonitrua,
& densissima Cyclopum flammantiaque
fulmina, omnemque hanc præliorum fre-
quentiam, non solum studia non remis-
se; verum etiam enixius intendisse fer-
tur, & doctoratus titulum, qui pacie est
sacer, feruente vndique bello, quo Eccle-
siam cathol. apud Belgas Barbari, cognomo-
mento Guesij, indefesse adoriuntur, pre-

A 3 munt,

6
munt, fatigant, quæsiuissè. Egregie pro-
fecto imitaris illum, qui existimabat,
aut omnes reges philosophos, aut omnes
philosophos reges esse oportere, pro tua
regia indoleque philosophica, qua feliciter
natus es, & ab atauis editus. Nullo e-
nim tempore neque pacis, neque belli,
philosophia non est necessaria, sine qua
nec pax diuturna constare, neque bella
iusta, aut felicia geri queunt. Scitum nā-
que est illud M. Ciceronis, frustra esse
arma foris, si desit consilium domi. Ne-
que ego aliunde (ut Cornelium Balbum
Gaditanum, cuius M. Tullius meminit;
Viriatum Lusitanum, qui Consulares
Roman. exercitus sāpe cecidit & fudit;
Traianū, Adrianum, Antoninos, Bon-
sum de quo Fla. Vopisc. vt inquā hosce
aliosque id genus seu Hispania, seu Lust-
sitania oriundos principes viros omit-
tam) non alia de caussa haētenus inde,
ab origine prima, regna ista, tanta frui
secundarum rerū prosperitate arbitror,
neque

neque tot regnorum, coloniarum, prouinciarumque accessione creuisse in quādam monarchiam, nisi ex armorum vi, prudenti freta consilio, tanquam non nero, sed Reip. robore quodam firmissimo. Theodosius verò Mag. genere Hispanus, accitus à Gratiano, & deinde à Valentiniano AA. ad imperij consortium: deinde Richaredi, Alfonsi, Ferdinandi, Caroli, Philippi, cæterique, quos enumere longum est, hasce, quas dixi, artes, virtutesque bellicas religioni Cathol. coniungentes, quantam nomini Christiano vindicando, & uulgandoque operam commodarint, quot triumphos de Gotthis, Vandalis, Saracenis, Mauris, hæreticis, perduellibus duxerint, & ecclesiastice, & profanæ historiæ memorant, ususque quotidianus, cum Indicarum ac Turcicarum, tum Belgicarum rerum testatissimus est ac probatissimus. Quocirca quum tanquam theatrum quoddā, toto mundo propagare religionis Christia-

A 4 necu-

næcudere exprimereque in animum induxissem, eiique operi Mecenatem quererem, opere precium facturus mihi sum visus, si talern deligerem, qui inter bellorum negotia, quæ nescio quo œstro perciti, nobis faceſſunt hæretici, Musarum ocia putaret non esse negligenda, aut rebus afflictis sine fruge transigenda. Ita namque primascentis ecclesiæ Christianæ ætas inter ferrum, neces & ignes adoleuit, ita ſauientibus magis magisque tyrannis altius altiusque radices egit, & persecutionum grſationibus, quasi ſuis iustis momentis absolutisque numeris creuit in orbem huc uniuersum omnium temporum, omnium locorum, omnium populorum, ita quidem, vt neque populus ullus, neque locus quisquam, neque tempus religionis Christianæ expers vñquā fuerit. Quum igitur bene ordinatam Rempub. in primis ciuium concordia, tum armis atque consilio maximè tueri necessarium sit,

e5

Et bella quidem gerere sit Regum ac
 Imperatorum Rerum pub. clavum tenen-
 tum: deinde cum iustane an iniusta sint
 bella, plurimum referat ad sperandū bo-
 num, aut metuendum cumentum malum,
 idque non nisi ex causa estimari pos-
 sit; causa verò aequior meliorque esse
 nō queat, quam ea quae in Deum religio-
 nemque refertur. Quum, inquam, ita
 comparatum sit, nostrum hic fuerit pro-
 virili ostendere, quibus gradibus atque
 momentis Fides Christianaque religio
 cuncto terrarum orbe primum orta, de-
 inde aucta et prorogata sit. Hinc infe-
 remus quot martyrum necibus consecra-
 ta, quot tyrannorum machinationibus
 superior euaserit, donec tandem Constan-
 tino Magn. Imperato. A. ipsamet regna
 et imperia Numini deuota dicataque
 sunt. Inde verò concludemus, quot dein-
 ceps Regum, Imperatorum, principum,
 ducum, comitum, baronum, siue edi-
 tis, siue conatibus religio hucusque sit

A S , ser-

seruata. Denique hanc addemus coroni dem, ab hac ita fundata radicataque Ecclesia desciscere, non tam esse erroris excusabilis, quam desperatæ malitiae vitium: & illud certè, aut hic ex virtute multandum, aut in ultimas terras deportandum, vel instar membris malè affecti contagiosique ense recidendum; ne pars sincera trahatur.

Cohortabimur verò Reges & Imperatores, ut muniū suorū memores, quo in loco sint constituti, serio cogitent, nihil fide Cathol. prius, nihilque charius ducant, si vel suæ vel patriæ saluti & incolumentis satis consultum volunt. In ea excolenda obseruandaque omnes cogitationes, omnes operas, omnia studia ponant. Omnia potius, ipsam adeo coronam & vitam, non dicam periculo, verumetiam certissimo exitio exponant, nihilque faciant, magis quam religionem semel acceptam pessum ire sinant, quam tot tantisque laboribus partam,

quam

quam tot annorum curriculis afferuatam, quam tot locorum & populorum, tanta consensione traditam, in confessio est omnibus. Profecto si pro fociis, aris, Dijs laribus, Dijs penatibus, Dijs immortalibus, olim apud quantumcumque barbaros, pugnare, non minima religionis pars erat, & corripiendorum armorum grauissima cauſſa, neque Regibus cathol. neque ſecularibus aut indi- cendorum, aut ſuscipiendorum bellorum occasio vlla iuſtior contingere potest, atque ea, qua impicrum in Deum Diuſque omnes theomachia opprimitur, sacrilegorum incestuosa, in ſacratam Numini pudicitiam, tyrannis retun- ditur, perduellium hominum, qui non niſi rem malam, alio praetexto medi- tantur, sanguinaria barbaries & cru- delitas plusquam Neroniana (id quod sexcentis exemplis probatum eſt) vſque ab radicibus euelliſtur, & Erynnis illa, malorumque Athe hæresis,

Diris

Diris semel sempiternis deuouetur ac
mancipatur. Tuae humanitatis cando-
risque fuerit, ornatissime princeps, meos
conatus & erga Remp. studia æqui bo-
niique facere. Vale in Domino. Datum
Antuerpiæ decimo calendas Augusti. 1572.

Vestræ Illustrissimæ Celsitudinis
obseruantiss.

Frater Arnoldus Mer-
mannius Alostanus.

ur ac
ndo-
meos
i bo-
atum
.1572.
is

Mer-
unus.

T H E A T R V M
CONVERSIONIS GEN-
TIVM TOTIVS ORBIS;
S I V E,

CHRONOLOGIA DE
*Vocatione omnium popolorum, & propaga-
tæ per uniuersum orbem fidei Christianæ
religionis descriptio.*

TALIA vniuersa, ipsaque
adeo orbis vrbs princeps
Roma, fidei religionisque
Christianæ auspicia atque
initia cepit anno salutis,
id est, à nato Christo, plus minus xliij.
Claudij Imper. secundo, Claudio ve-
rò edicto publico (fortè nimio Simonis
magi studio, cui auream statuā hac cum
inscriptione nuncuparat, Simoni magno
Deo) Is, inquam, Cladius præcepit Iu-
dæos omnes Roma exceedere auctore S.
Luca. Quos miseratus Agrippa Iudæo-^{AG. 18.}
rum à Claudio rex cōstitutus in Iudeam
admisit: verūm mox illi res nouas moli-
ti, & in alias & alias seditiones versi, im-
mensam cladē atque stragē, teste Iosepho
& alijs, sunt perpeſsi, alijque morte, alij
proſili-

14 CONVERSIONIS CENTIVM
profligatione & exilio, alij proscriptione
sunt mulctati. Interim Apostoli accepto
nuper spiritu sancto, & induiti virtute ex
alto, testes ac confessores & martyres
Christi futuri, euangeliumque deporta-
turi ad omnes mundi sinus, atque angu-
los, coacta synodo, commodatis com-
municatisque mutuo fidei religionisque
sententijs, capita ipsa in symbolum quod
vocamus confluere: ut produnt S. Cle-
mens, Cypria. Ambro. Ruffi. Pet. Chry-
sol. August. Leo papa, Isido. & alij auto-
res classici.

Epist. ad Iac.
frat. Domini
In Compen-
dio fidei in
exposit. symb.
epist. 81. &
Ser. 38. in
Symb.

Ser. 57. & se-
quent. Ser. 1.
in Vigil. Pen-
te. & lib. ad
Catec.

Epist. 13. de-
cret. lib. 2. de
divi. off. &
lib. 6. ety. ca.
19. & lib. 1.
de sum. bo.
cap. 23.

Atque ita demum summa
cum cōsensione, relictis ob peruvicaciam
Hierosolymis, in gentes dispersi, prādi-
cauerunt, vbiue Domino cooperante,
& sermonem confirmante, sequentibus

signis, inquit S. Marcus cap. xvj.

Orbis igitur Vrbi supremæ atque præ-
cipuæ, Apostolorum caput seu vertex ac
primas in fidē religionemque Christianā
afferendæ vindicandæque (nō sine nu-
mine Diuūm) destinatus est ab Oriente
in Occidentem, à Iudeis ad Gentes, vt
dudum oraculis compluribusque vatici-
nijs diuinis fuerat præfagatum, S. Petrus
hominum piscator iuxta Christi sponsio-
nem

nem auspicatissimus futurus, & in suum
rete, mundum vniuersum felici omne
Christique præsidio pertracturus. Quum
enim Antiochensem fundasset Ecclesiā,
vbi primūm Christo qui nomen dederat
vocati sunt Christiani, ibique episcopa-
tum administrasset sex annos, prædicato-

Act. 11.
S. Petrus p̄p̄
seditecclesie
Antiochenſi
secundum N̄
ceph. C̄stār.
annos 11. in
sua Chro.

interim dispersis per orbem profugisque
Iudæis euangelio in Ponto, Galatia, Cap-
padocia, Asia, Bithynia, tota Palæsthina
& Syria, annoque septimo appetente,
expugnaturus Simonem magū ac præ-
stigiatorem, contendit Roman, ibique
cathedram sacerdotalem, sedemque e-
piscopalem, apostolicā, primam tenuit,
asseruit, vindicauit annos xxv. usque ad
ultimo, hoc est xiiij. Neronis, quo etiā
cruci affixus est, corpore transuerso, ca-
pite deorsum, pedibus sursum; afferens
se indignū, qui, uti Dominus, crucifigere-
tur. Eius historiæ locupletissimos pariter
ac grauissimos auctores habemus, Hiero.
in Cata. script. Eccles. Euseb. Cæf. Ter-
tull. Aug. Irenæ. Cyriill. Hieros. Egesipp.
Paul. Oros. Theodorit. Fir. Lactant. Cy-
pria. Pet. Chrysol. Abdi. Babylon. Amb.
Athana. Phil. Brixienſ. Vincent. Lirin.

Ecc. hist. lib. 2
cap. 14. & lib.
3. cap. 1. & se-
quent. & in
Chronic. lib.
de præscript.
hæret.

Epiph.

16 CONVERSIONIS GENTIVM

De hæres. ad Quod. Hæres. Epipha. Clement. Rom. Clement. Alib. 2. cont. Igitur. Petil. cap. lexan. Orige. Nicepho. Constant. Pa-
51. epist. 165. de schismate triarch. Nicepho. Call. Doroth. Iustin. Donatistarum & alibi. Philosoph. Mart. Io. Chrysost. Bernard.

Leon. Pont. Max. Maxi. Taurinens. Lib. 3. cont. Grego. Turo. Freculph. Lexouiens. Eu-
hæres. Valent. cap. 1. & seq. Catech. 2. 6. trop. Io. Zona. Sulpit. Seuer. Fulgent.
11. 17. Ruspens. Afr. Georg. Cedren. Honor.

Lib. 3. de ex- Augustudu. Optat. Mileuit. Damas. pót. eid. Hiero. cap. 2.

Max. Adon. Vien. Historic. cunctos, om-
nium concil. Patres, Iustinia. Imp. Pho-

Lib. 7. Cap. 7. tium patriarch. Constant. qui, cùm fue-
Lib. 1. Fabul. hæret.

rit Græcus, neque parū de hæresi suspe-
ctus, à quo nihil ciusmodi expectandum
Lib. 4. cap. 21 videbatur, præter cæteros elegantissime
de Vera relig. Diui Constantini Mag. donationem S.
Syluestro pont. Max. eiusque successo-
ribus factam, describit Dionys. Corin-
thi Episcop.

Serm. 107. Neque aliunde (per Deū immortalē)
Lib. 1. Hist. vnquam hæreses emerserunt, nisi, quod
Apost. huic sedi, in qua, teste S. Cyp. & rerum

Lib. 5. Epist. perpetuo vſu atque experientia, nun-
32. & alias. quam hæreses aut natæ sunt, aut edu-

In apol. pro catæ nō acquiescatur: nisi, inquam, quod
fuga. huic sacerdoti, vnico & singulari Christi Vicario, ouilisq[ue] Dominici pastori
œcumene-

œcuménico ac vniuersali, à reliqua fra- Lib. de hæ-
ternitate vniuersa non obediatur, inquit ref. cont. No
Cyp. lib. j. Epist. iij. Vni Petro se petram uato, hæret.
consecravit, eumque ædificandæ Eccle- Lib. j. To. 2.
sæ, cui portæ inferi nullo tempore præ- hæref. 21.
ualerent, basim solidam fore differuit: 27. & in an-
vni Petro claves regni cælorum tradidit: chorat.
vni Petro ligandorum iuxta ac soluen- Lib. recog.
dorum peccatorum auctoritatem con- Lib. comit.
cessit. Matth. xvij. In vnius Petri nauicu- Apost. & in
lam ei contra omnem ventorum, aqua- compend.
rum, fluctuum, tempestatum iniuriam, Lib. 4. Aro-
suppetias latus, & opem, conscendit mat.
Luc. v. Pro vnius Petri fide ac perseue- To. 2. homil.
rantia rogauit. Luc. xxij. Vni Petro fir- 6. in Luc.
mandorum fratrū et in fide seu instruen- In Chronol.
dorum seu reparandorum collegarum Lib. 2. cap.
curam commisit. Ibid. Vnius Petri erga 14. & seq. &
se affectum atque studium accuratè, Lib. 3. cap. 1.
imo ter maximè explorauit & inquisiuit. ec. hist.
Cum vno Petro tanquam pari & velut In Synopsi.
alter ipse census est. Denique vni Petro In Parænes.
& pascendos & regendos suos agnos ad gent. circa
uesque credidit. Ioan. xxij. Matth. xvij. illud Psal. 48
Quumque omnibus idem periculum Vocauerunt
immineret, pro vno Petro oratū Patrem nomina sua
habuit: ut reliquorum extincta, Petri in terris suis.
B vnius Serm. de Io.
bapt. & Ser.
de S. Pet.
Ser. 2. de an-
niuersar. die
assumpt. &
alib.
Ser. de Pet.
& Paul.
Lib. 1. hist.
cap. 24.
To. 2. lib. 1.
cap. 16.
Lib. 9. To. 3.
Lib. 2. hist.
Lib. de incar-
nari. & grar.
cap. 11. in Cō
pend. hist. in
Chronic.
Lib. 1. & 2.
cont. Donat.
in pontifical.
in sext. etat.
Nicen. Con-
stant. Ephes.
Chalcedon,
& reliq.

18 CONVERSIONIS GENTIVM

C.lib. 1.1.de
summa Tri.
& fid. cath.
in Nomoca-
nono.
Tit. 8 .cap. 1.
Dionysiu al-
legat D. Eu-
feb. Cæs.lib.
2. cap. 25.

vnius fides , nulla temporis intercapedi-
ne, nulla hominum iniuria , nulla mor-
talium barbarie , nullis diaboli artibus,
nulla vi , nullo astu , nulla tyrannide de-
leretur. Luc. xxij. & exauditus est pro sua
reuerentia Heb. v. vt fides Petri nunquā
abroganda , cæterarum Ecclesiarum fi-
dem roboraret , aut labefactatam pu-
garet, ab Ecclesia S. Petri quasi omnium
matrice & parente reliquæ omnes veri-
tatis sempiternæ ac inuictæ lumē accipe-
rent, acceptū custodirent, amissum forrè,
reciperēt, illi postremò quicquid tandem
æqui boni q; haberēt, acceptū ferrent: vi
ex probatissimis quibusq; scriptoribus li-
quet, quos enumerare longū est. Cæterū
cū huic nostræ cōpendiosæ tabulæ incon-
gruū esset, & incōmodum, vniuersarū Ec-
clesiarū successiones, omniū episcoporū,
seu doctorū, seu pastorū series examissim
cōmemorare, maximæ eiusq; antiquissi-
mæ (vt D. Irenæi verbis vtar) omnibusq; que
cognitæ à glorioſissimis duobus colum-
nibus SS. Apostolis Petro & Paulo Rome
fundatæ, & constitutæ Ecclesiæ, eā quam
habet ab Apostolis traditionē, annuncia-
tamq; hominibus fidem per successiones

Episco-

I V M
capedi-
a mor-
rtibus,
ide de-
pro sua
unquā
um fi-
n pur-
nnium
es veri-
accipe-
n forte,
andem
ent: vii
ibus li-
Cæterū
incon-
farū Ec-
oporū,
nussum
iquissi-
ousque
olumi-
Rome
i quam
uncia-
ssiones
Episco-

Episcoporum perueniétem ad nos usque indicantes, confutamus ac confundimus omnes eos, qui quoquo modo, vel per sui malá placentiam, siue philautiam, vel vanam gloriam, vel animi vicium, mentisque cæcitatem, & malam sentétiā, aut quamcumque cupiditatem, præterquam omnes colligunt, sapiunt, credunt. Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorēm principalitatēm, necesse est omnes conuenire Ecclesiās, hoc est eos qui sunt vnde fideles, in qua semper ab his qui sunt vnde conseruata est ea quæ est ab Apostolis traditio. Ita fere ille. Et hæc quidem ita paucis de triumphante in fidei religionisque fastigio, rerumq; Christianarū potiunte Roma, dicta sunt. Iam nunc cæteras Apostolorū & Apostolico-rum virorū Ecclesiās, inde deriuatas atq; oriundas inspiciamus.

Palæstina & cūcta Iudæa, ipsaq; Hierosolyma Episcopū, & Apostolū sortita est statim à Dñi passione cōmuni totius senatus Apostolici constitutione atq; suffragiis S. Iacobum fratrem Domini, cognomento Iustū, anno Christi nati xxxiiij. ibiq; sacerdotis munere functus est xxx. annos,

20 CONVERSIONIS GENTIVM
id est, vsque ad Domit. Neronis septi-
mum, eius cathedra asseruata est summo
cum honore, sicut & S. Petri, Pauli, alio-
rumque Apostolorum icones: vti legere
est apud Euseb. Cæs. hist. Ecc. lib. ij. cap. j.
& xxij. & lib. vij. cap. xiiij. & xv. Nice-
pho. Constant. patri. in Chrono. Hiero.
in Catal. Ioseph. lib. xx. Antiq. Iudaic.
cap. Egesipp. lib. v. Abdi. Babylon.
lib. vij. Nicepho. Call. lib. ij. cap. xxxvij.
Clem. Alexand. lib. vj. & vij. Strom. Io.
Zona. To iij. Ado. Viennenf. de vj. xxtat
Georg. Cedren. in Compend. Hist. Au-
gust. To. iiij. lib. exposit. in epist. S. Paul.
ad Gal. lib. ij. cont. Crescon. Grammat.
cap. cxxxvij. Hippolyt. Episc. Portuens.

In Iudæa item fidé Christi deprædicarunt & propagarunt S. Matthæus ex pub-
licano apostolus, ibiꝝ; Euangeliū Hebraicè scripsit anno xlj. apud Capernaitas, &
S. Iacobus frater Ioannis Zebedæi filius
prædicauit xij. tribubus quæ erant in di-
spersione, quem securi percuti iussit He-
rodes Iudæorum Tetrarcha anno xxxvj.
Simon quoq; Chananaeus Christi Euan-
geliū Iudæis prouulgauit, & Iacobo è pin-
naculo templi præcipitato, & fullonis
fuste

Al. Simeon
Cleophae fi-
lius.

fuste interfecto, in Episcopatu surrogatus est anno lxiij. vt habet Chronol. Niceph. Cōst. Euseb. Cæs. lib. iij. Ecc. Hist. cap. xj. & in Chro. Hieron. in Cata. Nice. Call. lib. ij. cap. xij. Clem. Alex. vij. Strom. Egesip. Io. Zona. Georg. Cedre. Ado. Viénés.

Ferunt Matthiā etiā in Iudæ Iscariotis locū suffectum, populū Iudaicū docuisse, Sophro. Historia Treueriana, scriptor quidā Hebræus vitæ S. Matthiæ nuper Abdię Babylo. adiectus. Hic mihi obiter adnotandum putauī, id quod prodit Euodius, secundus à S. Petro Antiocheniū episcopus, explicans illud Act. viij. de ecclesiæ Christi dispersione, nimirū omnes discipulos lxxij. diaconos, fideles huc illuc timore persecutionis grassatis, vertisse solū, et reliqua vrbe Hierosolymitana, in diuersas terras dirēptos, exceptis apostolis, quib⁹ editio diuino cautū fuerat, & inhibitū ante annū xij. Hierosolymis excedere: et interea eos passim cōmuni studio atq; conatu mutuā cōmodasse omnes operā diuulgādo Euágelio Iudçis, quod refert Euf. Cef.

Inde mundi partitione quodammodo facta, ad suas quisque prouincias sorte obtingentes abierūt, iuxta illud Ps. xvij.

B 3 Rom.

V M
septi-
mmo
, alio-
legere
.cap.j.
Nice-
Hiero-
udaic.
bylon.
xxvij.
om.Io.
.xtat
t. Au-
Paul.
nmat.
uens.
ædica-
x pub-
ebrai-
itas,&
i filius
in di-
it He-
xxxvi.
Euan-
o è pin
llonis
fuste

22 CONVERSIONIS GENTIVM

Rom. x. In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum: & primum quidem per discipulos profugos & dispersos Iudeæ, Galileæ, & Samariæ ciuitates Christum didicerunt, Act. viij. & seq. demum verò catechizatos quosque, fideique rudimentis imbutos, & seu per Philippum, seu alios Euangelistas Baptisini sacro fonte lustratos, Apostoli Petrus, Ioannes, & alij firmarunt, roborarunt, ac Spiritu sancto donarūt, ut ex Actis Apostolicis liquet.

Act. 8. 19.

Samaria, Gaza, Azotus, Eunuchus Cádacis reginæ Æthiopum, Cæsarea per Philippum diaconum Euagelistam, Phœnices, Cyprii, Cyrenaici, Antiocheni per alios & alios extorres illos & dispersos (quos dimicimus) Christum discere atque sonare cœperunt anno Christi xxxiiij. Tiber. Aug. S. Petro Pót. Max. quod est apud Luc. Act. viij. xj. Euseb. Cæs. lib. ij. cap. j. & in Chro. Sophron. Nicepho. Call. lib. ij. cap. vj.

Europæi Scythæ, Thraces, Thessali, Macedones, Sogdiani, Sacci, Edeesseni, Achæci, Byzantini, qui nunc sunt Cōstantinopolitani, vnius Æthiopæ indigenæ, aliisque Euxini maris accolæ, Amasæi, Synopenses,

ses, Niceni, Perinthij, Philippenses, Thessalonicenses, Patrenses, alijque Asie populi, ab Andrea apostolo Christi Euangelium edocti sunt anno xl. & quod excurret, ut ita loqui liceat. Eius rei auctores sunt Sophron. Euseb. Cæs. lib. iij. cap. j. & in Chro. Hiero. in Cata. Nicepho. Const. in Chrono. Niceph. Call. lib. ij. cap. xxxix. lib. iij. cap. j. lib. viij. cap. vj. Io. Zona. Georg. Ced. Tibe. Caio & Claudio Romanis Impp. S. Petro Pót. Max. Idé de S. Andrea scribit D. Abdias primus ab apostolis Babylonię cōsecratus apostolus, idemq; episcopus, quem diu olim ex Hebræo D. Eutropius S. Petri auditor, gene-re Persa, Græcum fecit, ac deinde Iulius Africanus, cuius subinde meminit S. Hieronymus, ex Græco reddidit Latinum.

Maior Armenia, Syria tota (nā triū Syriarū meminit Optat. Mileuit. lib. ij. dua-rūq; Armeniarū) Scythia Orientalis, Asiatica, et Asia superior in nassam S. Petri Christiq; fidei, satagēte S. Philippo apost. allecta est vnā cū collega Bartholomæo. Itē iisdē apostolis iugū Dñi suaue subiit Phrygia, India Fortunata, quæ ad Æthiopiam vergit; & altera quæ Oceano alluitur; &

B 4 tertia,

Verbo illo &
quod excur-
rit, ter Opta-
tus, semel at-
que iterum
S. August.
li. 7. de bapt.
cap. 7. & Iu-
reconsulti
I. 26. §. vlt-
depos. pro eo
quod dicimus
plus minus;
aut sicut Hie-
ro, cont. Lu-
cif. eo am-
plius, vñ le-
guntur. item
Victor Vtic.
lib. 3. Oros.
lib. 7.
Lib. 3. hist.
apost.

24 CONVERSIONIS GENTIVM
tertia, quæ Medis contigua , euerisque
vbique idolorum delubris , lucis excisis,
aris dirutis , simulacris exustis , Diuno
Numini βασιλικὰς , tanquam regias ac
templa & altaria, ecclesiisque sacerdotes
& antistites consecrarunt, quemadmodū
S. Pet. Iaco. Andre. aliique & alij , alibi
et alibi, anno ab apostolici cœtus diuisio-
ne lxx. & quod excurrit, principibus Ro-
variis , S. Petro potissimum Pont. Max.
vti reperire est apud Abdiam Babylō.
lib. viij. Euseb. lib. iij. cap. j. Sophron.
in Cata. Nicepho. Call.lib. ij. cap. xxxix.
Ioan. Zona. habuerunt illi secum copia
Euangelij teste Sophro. *narrat matthei*

Æthiopia altera, citerior (ni fallor) in
sortem prædicationis obtigit S. Matthiæ
apostolo, & quædam cum Iudææ , tum
Galilææ, diœceses, testibus Sophro. Ni-
ceph. Call. lib. ij. cap. xl. Scriptore eius
vitæ Hebræo, qui pridem historiæ D. Ab-
diæ , vt præfati sumus, accessit. S. Pont.
Max. Tibe. Caio & Claud. Impp. anno
& quod excurrit, xxxiiij.

Ad Anthropophagos in Æthiopiam
interiorem (postquam suis Hebræis He-
braicè tradidisset, scripsissetq; Mattheus
apo-

wpianæ Vn-
de adhuc no-
men retine-
mus apud
Germanos
Kirchen/ Lati-
nè Dominica,
hinc Dom-
heren Domi-
nos cathedra
les dicimus.

Hist. apost.

apostolus euangeliū) apostolicam functionem obiturus penetrauit, dæmonum cultum aboleuit, statuas eorum est demolitus, & focos & aras, vmbrosos lucos, libidinis omnisque impudicitiae scholas succidit, erexit sacravitque Ecclesias, altaria, sacerdotes, virgines easque velatas perpetuae castitati mancipauit, instituit ritum Missæ: sicut S. Iacobus Hierosolymis, & alij in suis quisque prouincijs. Inter sacrificandum pugione à tergo petitus fortiter pro Christo occubuit anno plus minus Ix. S. Petro Pót. Max. Claud. Aug. Vide mihi Euf. Cæf. in Chro. lib. Ec. Hist. iij. cap. xxix. Abdi. Babyl. lib. vij. Sophro. Catal. Doroth. Synops. Nicceph. Call. lib. ij. cap. iiiij. lib. iiij. cap. xxv. Adon. Viennens. ætat. vj. Io. Zona. To. iij. Georg. Ced.

Æthiopiæ illi, vbi est ostium & irruptionio Apsari al. Phasis portusq; Hyssi, fidē Christi denunciauit Matthias, apostolicum ad ordinem ex discipulorum classe ascitus. Qui homines barbaros & agrestes, eosque anthropophagos, ad mitioris mansuetorisque vitæ cōsuetudinem reducens, præstigiatoribus & maleficiis in-

B 5 cantori-

26 CONVERSIONIS GENTIUM

cantoribus superatis , extructis Ecclesiis,
multisque fidei Christianæ suscitatis cā-
didatis & alumnis, postremò criminatio-
nibus oppressus, primū lapidibus peti-
tus testium , dein capite truncatus inte-
riit. Mandauit verò testium duos primos
lapides secum tumulo dari, Imp. Claud.
S. Pet. Pont. Max. anno, & quod excur-
rit , xl. auctor. Sophro. in Cat. Niceph.
Call. lib. ij. cap. xl. Doroth. Synops. au-
ctor vitæ Hebræ.

Reliqua Æthiopia , Felix Arabia, Ery-
thra, Taprobana insula, mari rubro clau-
sa, habuit euangeli præconem Eunuchū
Reginæ Candacis à S. Philippo edoctum,
Luc. Act. viij. Tib. principe A.S. Pet. Pōt.
Max. anno Domini xxxiiij. teste Euf. Ec.
Hist. lib. ij. cap. j. Doroth. Synops. Ni-
ceph. lib. ij. cap. vj.

Parthi, Medi, Persæ, Magi, Bactri, Hir-
cani, Indi, Æthiopes , Taprobani, Edef-
sæi, Bragmani , Germani per paedagogiā
S. Thomæ apostoli ad Christi fidem per-
ducti sunt, & extincta idolomania, ædifi-
catis templis compluribus augustissimis,
consecratis aris , deuotis Deo animis,
perceptis Eucharistiæ mysteriis(& quidē
sub

sub altera, panis inquam, specie) omnem barbariem exuerūt anno xlv. & quod excurrit, partim Claud. partim Domit. Nero. Imp. A. A. S. Pet. Pont. Max. id quod legere est in Cat. Sophro. apud Euf. lib. j. cap. vlt. lib. iij. cap. j. in Chron. Niceph. Call. lib. ij. cap. xl. lib. iij. cap. j. Adon. Vien. Io. Zona. Georg. Ced. Doroth. Synops. Abd. Babyl. lib. ix.

Numidiam, Mauritiam, Barbariā, reliquamq; Africam, vñà cum Æthiopia, quam à meridie respicit, ab ipsis Apostolis Christo consecratam existimo; deinde xxij. martyrum sanguine, imperāte Valeriano A. anno cclvj. in fide firmatā astruit D. Io. Schomer. & Augustinus alibi refert suo tempore fidem Christi in Africa cccc. annos durasse, perpetuamq; Pontificum Max. successionem, S. Cyprianū quoq; præfuisse Carthagini anno ccl. Fabiano & Corne. Pont. Max. & tunc quidem Africam plusquā lxxx. habuisse episcopos ex Concil. Cartha. j. constat, quod videtur circa Stephani j. Pont. Max. tempora celebratum anno plus minus cclvj. Sæuiēte item persecutione Vandalica in Christianos præsertim catholicos, & ecclesiasti-

28 CONVERSIONIS GENTIVM
clesiaſticos fuisse viros prætantissimos in
Africa Antiftites, qui plebem contine-
bant in officio, quim paſſim & Itali &
Hispani & Galli & Germani ad Deorum
idolorumque cultum redirent, variis hi-
ſtoriis demonstrari potest: & hæc fuit S.
Augustino Afro cauſſa ſcribendorum li-
brorum xxij. de ciuitate Dei, & Orosio
Hispano vij. & Saluiano Maſſiliensi viij. de
iudicio & prouidentia Dei. Arnobium
quoque & Tertullianū in Africa floruisse
nemo nescit. Pretereo illam prolixam hi-
ſtoriā de traditione ſacrorum codicū, de
qua ſæpe Auguſt. Optat. Mileuit. & alij.

In Africa fuisse olim quinque me-
tropoles cùm ex Synodo Mileuitana, tum
D. Optato Mileuitano l. j. & ij. liquet, ta-
metiſi Iuſtinianus l. j. & ij. C. de offic. præf.
præto. Afric. & Paul. Oros. lib. c. ij. ſeptē
Africæ prouinciis ſeptem respōdere me-
tropoles inſinuent. identidemque ſignifi-
cat Optatus lib. iiij. Africam verò totius
orbis opum fuisse ditissimam, Carthagi-
nemque alteram in Africa Romam ap-
pellari ſolitam, & ab iſis Apostolis fidei
Christianę nuncupatam afferit D. Saluia-
nus l. vij. Eccleſias autem Africanas vñ-
que-

que adeò dotatas fuisse à Diuis Augustis
Principibus, prèter aliòs prodit D. Optat.
I. j. & iij. contra Parmenia. & D. August.
lib. iij. cont. Crescon. c. xxix. Ut calices re-
liquaque vasa sacra ferè aurea & argétea
fuerint, & vestimenta vel aurata vel auro
argentoque intexta, & eiusmodi quoque
supellectilem ecclesiasticā extitisse Con-
stantinopoli, Hierosolymis, Romæ, Me-
diolani, Nolæ, Campaniæ, & per omnes
ferme ecclesias, vel ex hoc probatum est,
quod non rarò, vel alendorum pauperū,
vel redimendorum captiuorum cauſſa,
ſæpe distracta ſint, ſæuientibus paſſim in
Christianos ſeu Hunnis, ſeu Gothis, ſeu
Vandalis, ſeu aliis Barbaris. D. Hierony-
mus refert etiam libros ſacrosque codi-
ces inauratos, & purpura ac byſſo veſti-
tos, auroque argentoque celatos, nonnul-
los habuisse aureis, argenteisque chara-
cteribus iisque vncialibus micantes, præ-
fat. in Iob. fuiffe verò nominatim ſacrорū
vazorum custodes Constantinopoli, eos
que eo in precio habitos, vt non rarò ad
patriarchatum acciti fuerint, prodit D.
Nicepho. Constantinopolitanus in ſua
Chronologia. Vide mihi D. Photiu Constant.

30 CONVERSIONIS GENTIVM

stant. patriarch. tit. ij. c. ij. Gratian. de consecrat. dist. j. Hieronymum epist. ad Rusticum, Concilium Remense. c. vj. Bur chard. Vvormac. l. iij. c. xcvj. Iuon. Carnot. part. iij. c. cclxxxij.

Abgarus siue Augarus Toparcha & regulus Edessenorum, quem singulari & epistolij & suæ imaginis beneficio Christus præter alios mortales est dignatus, cū vniuersa vulgi nobilitatisq; pariter multitudine, idololatria dedidicit, Christiq; molle capistrum subiit pèdotribè Thad dæo illuc à S. Thoma apostolo destinato anno Domini, & quod excurrit, xxxij. al. xxxij. Tib. Imp. A. S. Pet. Pont. Max. quod est apud Euf. lib. j. cap. xv. in Chro. Niceph. Call. lib. ij. cap. vij.

Alexádria, quam ob cultum diuinum isthic florétem, plebisque sanctimoniam, non infreuenter Paradísum Domini veteres nūcupant, sicut & Antiochiá Theopolim, tota quoque Ægyptus fidé Christi percepit, præceptore S. Marco, S. Petri Romæ discipulo. Is secundus Euangelium scripsit; quod cùm S. Petro probaretur, apostolica auctoritate ecclesiæ legendum reliquit: fundauit multas ecclesias apostolico

stolico more, docuit abstinentiam, continentiam, spontaneam paupertatem, & seculi fugam atque contemptum, anno xlivij. & quod excurrit, Nero. Imp. S. Pet. Pont. Max. Ut narrant S. Hiero. in Cat. Euseb. lib. ij. cap. xv. & in Chron. Clemēs Alex. vj. Hypotypos. Philo Iud. Papias. Niceph. Cōstant. in Chro. Niceph. Call. lib. ij. cap. xv. & seq. Doroth. in Synops.

Indiæ orientali, & apud Brachmanas, quos Abrahæ ex concubinis posteros quidam arbitrantur, Magi illi, qui stella duce Christi cunabula sunt venerati, doctrinam Euangelicam tradidere: vnde apud D. Io. Presbyterum (quem Sophū vocant) eiusque hactenus posteritatem religionis Christianæ non obscura remanere vestigia omnibus in confessu est, inquit D. Ottho Frisingēs. lib. ij. cap. xxxvij. Quum enim essent Magi, vt nōnullis visum est, oriūdi ex genere Balaam, qui de apparitura aliquando stella fuerat vaticinatus, iusserunt senatuscōsulto, vt xij. Sa-^{Nu. 24.} traparum filij quotannis in monte Vitoriali sidus obseruarēt: & vnā cum stelā deniq; visus est puerulus crucifer, quō pergendūm eis esset indicans: profectiō bien-

32 CONVERSIONIS GENTIVM
biennium, xij. die Christi nati vene-
runt Bethleem; indeque in patriam Eui-
lath, & Sabam reuersi, Christi Euangeliū
suis ciuibus & contribulibus denunciāt;
ac postremò Thomæ aliisque Apostolis
iuncti in fide solidius instituti Sacramen-
tis Christianis sunt inaugurati, plurimūq;
propagandæ religioni profuere anno, &
quod excurrit, xl. Caio Calig. Imp. S. Pet.
Pont. Max. id quod reperire est apud
Eus.lib.j. cap. vij. Epiph. hær. xxx. cont.
Ebion. & hær.lj. cont. Alog. Chrysost.ho-
mil.ij.super Matth. in opere imperfecto,
Niceph. Call.lib. j. cap. xij. & xiiij. Vin-
cent. specul. hist. lib. vij. cap. xcj. & xcij.
Io.Zona. Georg. Ced.

S. Paulus anno Christi nati plus mi-
nus xxxiiij. Tiberij Aug. xix. autore D.
Hiero. & historicis plerisq; ad fidē Christi
vocatus, perq; Ananiam Damasci ca-
techizatus Act. ix. siue post Christi apo-
theosin, & in cælos relationem anno se-
AI. Euodio.
Niceph. Call.
lib. 2. cap. 3. ptimo, vt placet Euodo primo post S. Pe-
trum Antiochenium Episcopo, statim à
S. Stephani persecutione, mense sexto, illo
Euangelicus pugil effectus Damasci
Christi fidem prædicat, Iudæorum perfi-
diam

MYT THEATRVM. REVMOS 33.
diam confutat : inde Arabiæ religionem
Christi intulit , expletoq; illic & insump-
pto diligenter promulgationi Euangeli-
cæ triennio, pertransita Damasco, conten-
dit Hierosolymam : hinc vbi Petrum, Ia-
cobum fratrem Domini, & Ioannē con-
uenisset , legatione accepta , Cæsaream,
& inde Tharsum , vbi fuerat natus , est
missus. hinc à S. Barnaba accitus Antio-
chiam ; vbi Cephā Caniæ præfulem vnū
ex lxx. discipulis palam omnibus refellit,
vt habeat in sua Synopsi Doroth. oraculo
diuini flaminis , tum etiam totius sena-
tus apostolici S. Petro præside Pont. Max.
Claud. Imp. anno, & quod excurrit, xliij.
decreto, post indictum iejunium, post fu-
fas ad Deum preces , post manuum apo-
stolicarum impositionem delegatus est,
varias subiturus peregrinationes terra ma-
tiique, ad Gentes. Hæc est ij. post Arabi-
cam profectionem anno conuersionis xl.
& numero iij^o.

Tametsī ple-
rique Cephā,
Petrū inter-
pretentur.

Tertiū igitur profectus Paulus Se-
leuciam, Cyprum, Salaminam, Paphum,
Pergen, Pamphyliam, Antiochiam Pisidiæ, Ionium, Lystram, Derben, aliasq; Ly-
caoniæ, Pamphyliæ, & Pisidiæ, ciuitates,

C Atta-

34 CONVERSIONIS GENTIVM

Attaliā, egregiè suo functus munere, & ordinatis cōstitutisq; ecclesiis quibusq; presbyteris, Antiochiā Syriæ est rcuerfus. Oborta verò quæstione de lege Mosaica, S. Paul. & Barnabas, Titus, & alij aliquot rē ad apostolos Hierosolymam deferunt. Coacto igitur concilio, & S. Petro, S. Iacobō, aliisque apostolis censoribus quæstione dirempta, legeque Mosaica abrogata, denuò S. Paulo, Barnabæ, Silæ, & aliis classicis legatio ad Gentes demandata est anno Christi xlviij. al. lij. Neq; id repugnat ei quod anno xliij. secundo Claudi, Petru Romā venisse, probatum volui-
mus. Nam apostolos omnes per diuersas mundi prouincias separatos, oraculis diuinis admonitos, ut Hierosolymam pro-
perarent, & S. Virginī Marię θεοτόκῳ parē-
tarent, iustasque exequias persoluerent,
locuples testis est Dionys. Areo. & quidē
oculatus. Factumque est istuc anno Clau-
dij quinto, si Nicephoro Call. fides haben-
da est, hoc est Christi nati xliij. al. xlviij.
passi xvij. Vide Epist. Dionysij Areo. ad
Timothicum, qui cum sanctissimo Hiero-
theo affuerat parētationi. Nicepho. Call.
ij. cap. iiij. xxj. & seq. lib. xv. cap. xiiij. Epi-
phan.

phan. hæ. Ixxvij. aduersus Antidicomatriauitas. Euseb. in Chro. Serm. Hiero. ad Paulam & Eustoch. de Assumptione Mariæ. D. August. To. ix. lib. de Assumptione Virg. Mar. & Serm. xxxiiij. de Sanctis § de Mariæ Assumpt. Io. Zona. Georg. Ced. qui putat Mariam anno ætatis lxxij. aut lvij. post passum Christum xxiiij. obiisse mortem. Defuncta est hac mortali vita beata Maria, teste D. Euodio, in domo Ioannis euangelistæ & apostoli in Sion, in loco cœnaculi, anno ætatis,lix. Christi nat. xlviij. passi, xij. al. xj. Stephani lapidati, ac Pauli conuersi, iij. Ut habet Nicepho. Call. lib. ij. cap. iij. Verum hæc *πάρεργα* sunt.

Soluto concilio apostolico, quod diximus, & editis canonibus & constitutionibus elegantissimis, dimissus iterū ad Gentes S. Paulus cum Barnaba, Iuda siue Bar saba, Luca, & Sila rediit Antiochiam Syriæ, & peragrata Syria, intrat Ciliciam, ac deinde Lycaoniam pertransiens, Phrygiā, Galatiam, Macedoniam, * Misiam, Philippos, Troadem, Samothracem, Neapolim, Theatirum, Amphipolim, Apolloniā, Thessalonīcam, Berthœam, Athēnas,

C 2 nas,

Al. Mæfian.

36 CONVERSIONIS GENTIVM
nas, Corinthum, Cenchras, Ephesum, Ce-
faream, demum Antiochiam sese recipit,
firmatis vbiq; ecclesiis, propositisq; cōcilijs
Apostolici sanctionibus, quas octo libris
perstringit S. Clemēs Ro. Pont. Max. apo-
stolicisque canonibus lxxxv. al. lxxxij. à
S. Clemente Pont. Max. editis, & à Theo-
doro Balsamone patriarcha Antioch. scho-
liis illustratis; item Liturgicis religioni-
bus, & Missæ canone, omniq; ritu Chri-
stiani cultus tradito, siue ore tenus, et qua-
si lampas cursu, per manus, siue scripto.
Nam vtroque modo sese euangelicā do-
ctrinā tradidisse ipsemēt S. Paul. profi-
tetur, & Dionys. Areopa. & alij.

1. Cor. xi. 15. Quintūm S. Paul. adornat profectionē
Gal. 1. transita Galatia, Phrygia, Epheso, Mace-
1. Thess. 2. donia, Achaia, aliisq; Asiae prouinciis: in
2. Thess. 2. 3. votis (inquam) habet ire Hierosolymam
Act. 16. & inde Romam. Cæterūm cùm id iter
ei diuino quodam nutu esset prohibitū
Ro. j. quemadmodum sæpe alias, moram
longius trahit apud Asianos, Græcos, Sy-
ros, reuersus per Philippos, Troadem, Af-
son, aliasq; Macedoniae vrbes. Hinc nauigio
deportatus est Mitylenen, inde Chiū,
postridie Samum, & sequenti die Mile-
tum,

tum, quam hodie Maltham appellant; & coacta Synodo Ephesi, habita cōcione de sua doctrina, & de fugiendis hæreticis ac nouatoribus parænesi, nauigat Coum, & postridiè Rhodum, & inde Pataram; hinc in Phœniciam, & inde relictâ ad sinistrâ Cypro appulit in Syria, inde profectus Ty rum, deinde Ptolemaidem, hinc Cæsaream: Denique appetente Paschæ festiuitate Hierosolymam venit, ex animi fentetia, anno Christi nati lv. passi xxij. Clau dij Imp. A. xij. Felice Claudi liberto legionum Iudaicarum præfecto, trium reginarum (teste Tranq. Suero.) marito, In Claudio. Clau. Lysia cohortis Hierosolymitanæ tribuno, Anania summo sacerdote apud Iudæos.

Hierosolyma S. Paulus, appellato Cæ fare, deportatur Romam, postquā bienium egisset Cæsareæ in libera custodia, commissusque Iulio Centurioni cohortis Auguste à Festo Felicis successore Iudææ procuratore, post multa discrimina rerū, denique terris iactatus & alto, salutatis libereque conuentis, ac in fide vbiique firmatis fratribus, applicuit ad urbē ij. Ne ronis anno, Christi passi, suique conuersi,

38 CONVERSIONIS GENTIVM
xxv. Christi nati , lviij. anno mundi,
M. cclvij. vībis conditæ viij. viij. Olympiade, ccvij.

Cùm verò duos Romæ exegisset annos clementer benigneque habitus, nec dum Neronis Imperio roborato, nec in tanta crumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ, dicta accuratè apud Cæsarem caussa absolutus est, & à Nerone dimissus, anno pontificatus max. in urbe Roma S. Petri xvij.

Quarto itaque Neronis anno, S. Paulus Romanis cum ciuibus, tum patriciis & palatinis satis in Christi fide instructis, scriptis quoque huc illuc de carcere epistolis ad Ephes. Philipp. Timoth. Philemon. postremum iter ingressus peragravit tertium aut quartum Syriam, Pamphiliam, Lycaoniā, Phœnicen, Mysiam, Phrygiā, Galatiam, Bythiniam, Achaia, Macdoniam, reliquamque Græciam pariter & Asiam, Illyricum usque Christianæ religionis prorogans pomæria, ac velut deducens colonias, collocatis passim firmis quasi præfidiis, ædificatisque fanis sacris, ordinatisque episcopis. Demum ad Occidentis & Europæ climata importa-

re

re euangelium studens, Hispaniam pri-
mum, hinc Galliam, inde Britanniam, pri-
dem à Claudio Imp. triumphata m anno
Chrísti xlvj. Orchades, cæterasque Ocea-
ni regiones seu insulas extremas quasque
petens, id quod etiam alij apostoli fece-
runt, per Germaniam in Italiam contem-
dit, partim relictis hic ibi mystis, partim
huc illucque destinatis apostolis, euange-
listis, prophetis, doctoribus, pastoribus. Se-
uiente verò Neronis tyrannide eodē an-
no, & die, quo S. Petrus Romæ palo affi-
xus, Paulus capite plexus est, auctore Ege-
sippo, Hiero. Euseb. Niceph. & aliis qui-
busque tametsi D. Abdias Paulum bien-
nio post Petrum martyrium subiisse sen-
tiait, anno Neronis secundum Euseb. xij.
at secundum D. Hieronymum & alios
xiiiij. & vlt. Christi nati, lxviiij. passi, xxxvij.
Conuersionis, xxxvij. Pontificatus Max.
S. Petri, anno xxv.

Lib. 3. de ex-
cid. Hiero.
cap. 2.
In Catal.
Lib. 2. ec. hist.
cap. 25.
Lib. 2. cap. 36
Lib. 3. hist.
apost.

Ioanni apostolo in sortem prædica-
tionis obtigit Asia, cuius omnes funda-
uit, rexitque ecclesias usque ad decre-
pitam ætatem, id est Traianum prin-
cipem.

Quum igitur haec tenus ecclesia fuisset

C 4 instar

40 CONVERSIONIS GENTIVM
instar virginis, nullisq; hæreſeon notis
maculata, coactus est aduersus Cerinthū
& Ebionem euangelium scribere; quum
alij tres pridem sua euangelia scripto cō-
mendauissent edidissentq;

S. Io. hæreticorum cōſuetudinem tan-
topere aspernabatur, vt ne communi qui-
dem cum Cerintho aut Ebione vti bal-
neo voluerit. Cūm effet annorum xcviij.
iuxta Abdiam, vel cxx. secundum Doro-
theum, apparuit ei Christus, & horam at-
que diem mortis denunciauit, & robora-
tis in fide & charitate ecclesiis, viuus de-
ſcendit in foueam, tāta ſubitō luce & cla-
ritate rediimitus atque coruſcans, vt ne-
mo fulgorem ferre valeret. Sepulcrū ve-
rō cœpit ilico ſpecie quadam mannae ſca-
turire, & contra dæmonas, morbosq; om-
nigenos virtutis cuiusdamq; latentis
energiæ ceu numinis multa exépla ede-
re. Mortuus eſt anno Christi nati cij. paſ-
ſi, lxviiij. Traiano Imp. Euaristo Pót. Max.
Vide Hiero. in Catal. Doroth. in Synopſ.
Euseb. lib. iij. cap. j. & ſequent. & in Chro.
Abdi. lib. v. hift. apost.. Epipha. hær. xxx.
cont. Ebion. Niceph. Cal. lib. iij. cap. xiiij.
Ado. Viennens. Io. Zona. Quādo vel vbi
canon

canō apost. lxxxiiij. de sacræ Scripturæ albo editus sit, mihi incertū est; euangeliū verò semper traditū fuisse, neminē fugit.

Iam verò mortuis & ad meliora translatis Apostolis, fundatisque passim ecclesiis, cœnobiis, monasteriis, Christi apostolorumq; discipuli apostolica munia obierunt; & Timotheus quidem Ephesiorum à S. Paulo constitutus episcopus, Christi euangelium per Illyricum vniuersamque Helladē promulgauit; Titus Cretensi- bus à S. Paulo datus est episcopus, & insulis circumiacentibus. Neque id prætereundū est S. Paulū hisce episcopis precepisse, ut presbyteros & episcopos ciuitatib⁹, atq; prouinciis quibusq; nūcuparēt. j. Tim. iij. Tit. j. anno, & quod excurrit, xl.

Barnabas primus Romæ Christū prædicauit, postea Mediolani episcopus fuit.

Ananias Damascenorū apostolus fuit & episcopus eodem tempore.

Philippus primū diaconus ab apostoli Stephano, deinde episcopus Trallenium in Asia factus est, eodem tempore.

Prochorus diaconus quoque primū, demum Nicomediæ, Bithyniæ datus est episcopus eodem tempore.

Vide Doroth.
in Synopti.
Hieron. in Cata.
Euseb. Ni-
ceph. Call.
Abdiam, Pla-
cent. Demo-
cha. Fasicul.
temp. Grego.
Turon. Adon.
Viennensis.
Adā Siericxe.
Mafse. Came-
ra. Sabellic.
Meyer.
Antonin.
Petrum de
natal.
Richard Yvaf
sebourg.
Sigebert.
Francisc. Ire-
nic.

42 CONVERSIONIS GENTIVM

Nicanor & ipse vnius ex septé, Iudææ apostolus fuit, eodemque die quo S. Stephanus, vna cū syndiacono ac protomartyre, aliisque promiscui sexus & conditionis 2000. mortem pro Christo subiit.

Simon item ex septem vnuis Bostris apud Arabes episcopus fuit.

Nicolaus quoque diac. Sapriæ episcopus & apostolus præfuit. Verum postea in spurcissimam hæresim lapsus est, ut scribunt Epiph. To.ij.lib.j.hær.xxv. Philast. & Damascen. de hære. Theodorit. de fabu. hæret. lib. iij. August. ad Quod. de hæres. v. Tertull. lib. de præscript. hæret. & lib.j.cont. Marcion. Niceph. Call. lib. iii. cap. xv. Euseb. lib. iij. cap. xxix. & alij.

Silas Corinthiorum præsul fuit, constitutus à S. Paulo.

Siluanus Thessalonicësum primus episcopus creatus est à S. Paulo.

Crescens Chalcedone in Galliis à S. Paulo antistes creatus fuit.

Epænetus S. Pauli auditor in capite Africæ Carthagini episcopus præfudit.

Andronicus S. Pauli quoque in fide alumnus, primus Pannoniæ apostolus atque episcopus est declaratus.

Am-

Amplias Odyssæ fuit episcopus , Pauli
item discipulus.

Urbanus, cuius quoque S. Paul. memi-
nit ad Ro. Macedonix episcopum egit.

Stachis ab Andrea apostolo primus
Byzantij , quæ nunc Constantinopolis à
Constantino Mag. auctore vocatur, epi-
scopus designatur, vti etiam Niceph. Con-
stant. in sua Chrono. commemorat.

Apelles Smyrnensium episcopus exti-
tit.

Aristobulus Brettaniæ est inauktoratus.

Narcissus Patrarum, cui defuncto sur-
rogatus est Herodion.

Rufus Thebarum episcopatum gessit.

Asynkritus Hyrcaniæ.

Phlegon Marathonæ.

Hermes Dalmatiæ.

Hermas Philipporum. hunc auctorem
afferunt libri qui Pastor inscribitur.

Patrobas Nepotiolani.

Linus, Cletus, & Clemens Romæ , de
quibus magna inter Græcos Latinosq[ue]
quæstio est.

Caius Ephesinæ ecclesiæ post Timo-
theum administrationem suscepit.

Philologus Sinopæ ab Andrea apo-
stolo

44 CONVERSIONIS GENTIVM
stolo episcopus decernitur.

Olympas Italiæ euangelium intulit.

Rhodion quoque Italæ Christum pra-dicauit.

Iason Tarsi episcopus à S.Paulo confe-cratus est.

Sosipater Iconij.

Lucius Laodiceæ Syriæ.

Tertius secundus Iconij.

Eraustus Paneadis.

Phigellus Ephesiorum xv. à fide desci-uit, sicut & Hermogenes episcopus, quem S.Iacobus conuerterat.

Megarenium Demas.

Quartus Beryti ecclesiæ minister fuit.

Apollo Cæsareæ.

Cephas Caniæ.

Sosthenes Colophoniadis.

Epaphroditus Adrianæ.

Cæsar Dyrrhachij.

Marcus Apolloniadis.

Ioseph Eleutheropoleos.

Artemas Lystrenium.

Clemens, qui primus ex Gentibus & Græcis in Christum credidisse fertur, Sar-dicæ, quæ nunc est Triaditzæ.

Onesiphorus Coroniæ.

Tychi-

Tychicus Chalcedoniæ Bithyniæ.
 Carpus Berrhœæ Thraciæ.
 Polycarpus Smyrnæ.
 Euodus Antiochiæ.
 Philemon Gazæ.
 Zenas Diospoleos.
 Aquila Heracliæ.
 Priscas Colophonæ.
 Iunias Apamiæ Syriæ.
 Marcus, qui & Ioannes, Bybli.
 Calistum S. Andreas Apostolus primū
 Niceæ episcopum dedit.

Apollinaris primus Rauennatum à S.
 Petro sacratur episcopus.

Quum S. Marcus cūctam Ægyptum,
 Libyam, Marmaricam, Ammonicā, Pen-
 tapolim fidei Christianæ mysteriis inau-
 gurasset, Alexandrinæ ecclesiæ Auizanū,
 al. Annianum, Cyrenensium verò Luciū
 Christi & apostolorum discipulum, epi-
 scopos nominauit; Melium, Sabinum, &
 Serdonem presbyteros, diaconos septem,
 & alios atq; alios cum episcopos, tum re-
 liquos euangelij promulgandi ministros.

Papias à S. Ioanne Hieropolitanus e-
 pis copus designatur.

Ignatius Antiochenus. Julianus Ce-
 nom-a-

Iste Julianus
 idem est qui
 Simon le-
 prosus,

46 CONVERSIONIS GENTIVM
nomanus, Vrsinus Bituricensis.

Et quidem in Gallia, Græcis Galatia à
lacteo gentis colore dicta (γάλα enim
Græcis, Latinis lac significat) quæ nunc à
Teutonum genere Francia appellatur,
prædicatum fuit euangelium Christi per
varios compluresque apostolos, per Eu-
tropium Persam certè S. Petri discipulū
passim, Lutetię Parisiorum per S. Dionys.
Areopa. Atheniensium episcopum S. Pau-
li auditorem, Eleutherium presbyterum
& Rusticum diaconum à S. Cleméte Ro-
Pont. Max. illuc destinatos, anno & quod
excurrit, xc. Traiano principe. quod ha-
bent Grego. Turo. lib. j. hist. Demochar.
Surius in vit. S. Genouefæ, & ceteri rerum
Gallicarum scriptores. Niceph. Call. re-
fert Dionysium resectum suum caput, ad
duo passuum millia manibus tulisse, & oc-
currenti forte matronæ cuidam velut de-
positum tradidisse & commedauisse, lib.
ij. cap. xx.

S. Paulus Hispaniam Christo vindica-
uit, anno lix. S. Pet. Pont. Max. statim post
primam suam satisfactionē, & apud Ne-
ronem purgationem; transitaque Gallia
Trophimum Arelatæ, Crescentem verò

Vien-

Viennæ Galliæ reliquit apostolos, aucto-
re Adone Viennenſ. Hiero. in Cat. ij. Ti.
iiiij. Rom. xv. Sunt qui existiment Hispa-
niam atque Lusitaniam, siue Portugallia,
vnicas illas Romanæ ecclesiæ bases fidei
Christianæ initiatas, anno iij. & quod ex-
currit Claudijs Imp. Christi, xl. opera stu-
dioque cum S. Pauli, tum S. Iacobi fratris AA. 12.

S. Ioannis ab Herode Agrippa capite ple-
xi Hierosolymis ante dies azymorū, S. Ja-
cobo fratre Dñi Hierosolymitano episco-
po, S. Pet. Pót. Max. Vide mihi Vaseū, Ma-
tinæū Siculū, Mariū Aretiū, Io. Bair. cap. j.
decad. Asī. Frācis Taraph. Barcino. cano-
nicū in Chronic. Primūq; S. Iacobi disci-
pulū fuisse inquiunt Andaletū. Almariæ
episcopū. S. Paulum totum orbē volueris
instar peruolasse, testatur Niceph. Call.

Lugdunenses primū fidei Christianæ
antistitem & apostolum sortiti sunt S.
Photinum S. Ioannis apostoli & Polycar-
pi discipulum, deinde Irenæum, anno, &
quod excurrit, xcix. Victore (ni fallor)
Pont. Max. Traiano Aug. Decio & Grato
Coss. auctore Greg. Turon. lib. j. hist.

Sub eadem tempora ciuitas Tolosana
Saturninum, Turonenses Gratianū, Nar-
bonen-

48 CONVERSIONIS GENTIVM
bonenses Paulum, quendam, Aruernen-
ses Stremonium, Lemouicini & Burdega-
lenses Martialem, Meldenses Sancti-
num, Aurelianenses Altinum, Siluane-
tenses Regulum, Bisuntini Anthidium
Nicetij collegam, Matifconenses Nice-
tium, Lingonenses Senatorem, Senonen-
ses Sauinianum, Potentianum, Altinum,
Erdardum sacerdotes atque mystas fa-
cros habuere partim Nerone, partim aliis
atque aliis imperantibus, Carnotenses mi-
litiae Christianæ ascripti sunt paedagogia
Aduentini, Sauiniani, Potentiani & eius
classis aliorum à S. Petro apostolo tempo-
re Claudij illuc directorū, anno plus mi-
nus, xlivij. Biturigum regio, per illorum
postolorum discipulos Christo nuncupa-
ta est, Clemente Pont. Max. Domitiano
Imp. anno, & quod excurrit, lxxxix.

In campis Catalonicis, apud Heduos,
Trecenses, & alibi fidei incunabula acru-
dimenta tradita sunt à S. Amatore Poten-
tiani & Sauiniani Christi discipulorum
auditore, anno xcix. Clemente Pōt. Max.
Tito & Vespaf. Impp: Primus Catalo-
nensium episcopus fuit Mennius.

Massilienses religionis prima elemen-
ta ac-

ta acceperūt industria Lazari, Maximini,
Mariæ Magdalenæ, Marthæ & Marcellæ
suis sedibus & bonis exutorum, ferocien-
te persecutio[n]e, quæ S. Stephanum abstu-
lit, Tiber. Imp.

Aquensibus præfuit episcopus Maxi-
minus qui Lazari domum baptizauerat.

Sub eadem tēpora Andegauēses Chri-
sto videntur vendicati apostolis S. Defen-
sore & Apothemio. fuit certè Tallassius
sextus eius sedis episcopus in cōciliis Ve-
netico & Turonico primo, anno circiter
ccccxlviij. Leone j. aut Hilario Pōt. Max.

Virdunenses hauserunt religionem à
S. Sanctino S. Dionysij Areopa. discipulo,
anno, aut paulo ampliùs, xcix. Domitiano
Aug. Euaristo Pont. Max.

Baiocenses S. Exuperiū, Ebroicenses S.
Taurinū episcopos à S. Clemēte accepere.

Biturigum circumquaq; viciniā * Vr-
sus, Nathanael et alij Christi discipuli eru-
dierunt anno, & quod excurrit, lxx. Tit. &
Vesp. AA. Eleuthe. Pont. Max.

Britones, Normandos, Rothomagen-
ses, Picardos, omnem quæ maris Oceani
tractum instruxit, formauit q; fide S. Ni-
casius à S. Clemente illuc apostolus dele-

D gatus,

50 CONVERSIONIS GENTIVM
gatus, anno, & quod excurrit, xl. Imp. Nero. & post eum Firmianus Ambianensium
episcopus anno cc.

Rhemenses, Sueiones, aliique & alij
Galliæ populi, partim per Xistum, Simi-
cium, Amansiū collegas, partim per Ma-
ternum, eiusque socios, ad fidem acciti-
sunt. fuerunt etiam in Galliam destinati
Zacharias, Martinus quidam, Verus, Eu-
charius, Valerius, Mennius, Donatianus,
Domitianus, & alij non pauci apostolorū
discipuli. Evidem haud certò scio, an vs-
piam gentium (Italiā excipio) tot, tan-
tiique apostoli euangelicam operam na-
uarint. Galliā S. Hieronymus vsque adeo
laudibus celebrat, ut cùm Titanes, Cen-
tauros, Cyclopes, Cerberos, Hydras, Chi-
meras, Minotauros, Cacos, Circes, Sire-
nes, Stymphalidas, Apros Erymanthios,
Leones Nemæos, triformes Geryones,
aliamque id genus, toto terrarum orbe, re-
rum prodigia atq; portenta sint nata, so-
lam Galliam semper à monstris asserat
fuisse immunem: unum verò Vigilantiū
Barcinonensis ecclesiæ presbyterum, na-
tione Gallum, pestilentissimam scabiem
affricuisse, perpetuæque (inde vsque ad
apo-

Lib. aduersus
Vigilant.

apostolos, primamque ecclesiarum apostolicarum, quas diximus, fundatione) innocetie inussisse maculam. Erat Vigilatius suo generi respondens, & ex Celtiberis conueniens, & quasi Brutis sicariis, & Iatronibus oriundus, serpentis instar in ecclesias Galliarum stridens ac sibilans exufflabat virus contagiosum, teste D. Hiero. Inuestiuia ij. in Vigilant. Neque facile reperias citra illa D. Hieronymi, siue haud multo post Clodouei Criniti Christianiss. regis tempora, Gallos vñquam à fide religioneque Christiana hactenus desciuisse, vsque ad Io. Caluinum, qui toti ordini confusionem, pacatissimae patriæ bellum, florentissimae prouinciae ærumnas & clades ac strages, elegantissime constitutæ Reip. tempestatem, ornatissimo semel, amplissimo, maximo regno inuexit perniciem, præsentissimumque exitium, nisi numen aliquod diuinum prohibeat.

Gallia Belgica olim complectebatur Mempiscum, Ambactos, Neruios, Hannioniam, Morinos, Lutzemburgum, Lotharingiam, Alsatiam, in qua Nemetes quoque siue Spirenses, Suetiam siue Helvetiam; Vectones, Arboracos, Celtiberos,

D 2 quos

52 CONVERSIONIS GENTIVM
quos Cn. Pompeius, edomita Hispania, &
Romam triumphaturus properans, ad ra-
dices Pyrenæi deposuit, atque reliquit;
reliquumque Cantorum agrum, vñq; ad
Allobroges, cis citraque Rhenum: eaque
ditio vniuersa peragrata est, ac fide Chri-
stiana illustrata à S. Clemente S. Clemen-
tis Pont. Max. Ro. patruo: quod prodit D.

Io. Schomer. presb. Deinde in Neruiis
Alosto conterminis & Morinis, vnde bre-
uissimus in Britanniam, nunc Angliam,
est traiectus (vti Tacit. & Iul. Cæs. memi-
nere) Marco Antonino verò & Luc. Au-
rel. Commodo AA. Impp. auctore Anto-
nino, Petro de Natalib. Iac. Meyero, fidei
Christianæ religio est diuulgata, cùm pri-
mis apud Taruannam, omnemque vici-
niam, antistitibus S. Fusciano, Victorico,
Piatone, aliisq; sociis, quos postea perce-
sebimus, anno, & quod excurrit, clxxiiij.
Pont. Max. Soterc. Acceperunt verò epi-
scopū S. Eleutherium anno cccclxxx. ac
denuò anno, & quod excurrit, v. xxx. An-
timundum, Clothario Franc. rege Dago-
berti patre, quo tempore item S. Remi-
gius D. Vedaustum Atrebatis episcopū
dedit, vti ex Meyer. & Democh. proba-
tum

S. Superior
Neruiorū e-
piscopus vñā
cū S. Seruatio
Tungrorum
episcopo fuit
in Synodo
Agrippinensi
1. tempore Iu-
lij 1. Pont.
Max. Consta-
tio A. anno
340.

tum est. Demum S. Augustinus monachus cum aliis aliquot à S. Grego.j. Papa in Angliam destinatus , procul dubio instar apostolorum , quibus moris erat , per quas transibant ecclesias eulogiis salutare,& parenesibus roborare; in primis Mépisco totique Flandriæ euangelium de- prædicauit, priusquam in Dorouerensem ripam Oceani ex Iccio portu , siue Cale- tio transfretaret ; qui fuit annus , ex quo Angli in Britanniam venerant , plus mi- nus cl. Mauritio Aug. vti reperire est a-
pud V. Bedam . Denique Flandria , quæ olim apud C. Tacit. Mépiscus dicta fuit, Ambactorum quoque territorium , quos allegat Cæsar in comment. prima quidē Christianæ fidei tyrocinia à Clemente quem diximus, acceperunt: quæ siue per-secutionum tyrannide obliterata atq; de- leta , siue temporum morumque nequi- tia, velut situ obducta , iterū temporibus Diocletiani reparata , iterumque per D. Antimundum firmata , postremò per S.

Lib. 1. Angl.
hist. cap. 23.

* Audomarum anno, & quod excurrit, vj^c. Al. Othmarū.
lxxv. Rege Francorum Pippino, S. Aman- dum, Allouinum, siue Bauonem , Flore- bertum, Vrsmarum, Bonum, S. Aldegun-

D 3 dem,

54 CONVERSIONIS GENTIVM
dem, S. Gertrudem, aliosque Pippini de-
mum posteros, S. Amandi in fide alum-
nos, vt habent Meyer. Democh. & Milo
monachus clarus anno viij^c. lxx. qui scri-
bit Gandauum id temporis pagum vi-
cumq; dumtaxat fuisse, & arbores isthic
Deorum instar coli solere. Sunt qui aiant
Tornacenses Melchiade Pōt. Max. Chri-
sto nomen dedisse sub Constantij Chlori
Constantini M. patris, quem Christianū
fuisse omnes historici asserunt, tempora,
& per S. Theodorum, Chrysolum, Eleu-
theriū, Medardum, aliosq; Piatonis col-
legas, salutis vnda lustratos anno, & quod
excurrit, cccxx. Sortiti sunt verò episco-
pum anno circiter v^c. xxx. quo tempore
vna erat sedes episcopalnis Viromādensiū,
Nouiomēsiū & Neruiorum siue Tor-
nacensium. Cœperunt autē habere pro-
prium anno m. cxlvj. Eugen. Pont. Max.
D. Anselmū. Atrebates & Cameracen-
ses dicuntur item apostolos habuisse pri-
mū Diogenem tēporibus Alarīci Go-
thorum, aut certè Gēserīci Vandalorum
Regum Teuthonum, deinde S. Remigiū,
Vedastum, Dominicum, Gaugericum,
anno plus minus v^c. xl. Hormisda Pont.
Max.

Olim Gant
secundū Ai-
meinum.

Althek.
Gaußfrück.

Max. Anast. Imp. quo æuo in Scotia S.
Brigida prodigiosa rarâque admodū san-
ctitate celebris fuit. Deniq; S. Vedulphus,
qui Clotharium Christianissimi Clodo-
uei filiū fidei inaugurauit , paulo pòst se-
dem episcopalem Atrebato Cameracū
transtulit , aut, si mauis, vnam in duas re-
cudit, fuditq;: id quod apud Christ. Mass.
Democh. & in Prouinciali Atrebat. &
Camerac. legere est.

Treuiri, Vbij, siue Agrippinenses, qui
nunc Colonienses, Aquifgranenses, Tun-
gri, Hasbani, Landi, Luppilij, vnde Pippi-
num & Carolum Mag. ferunt oriundos,
Traiectenses ad Mosam , totus Eburonū
ager siue hodie Leodiensium, Dionantū
quæ & Theodonis villa, Namurcum, lo-
caque vicina, opera S. Materni, Eucharij,
Valerij, Mennij, à S. Petro in Gallias de-
stinorum, fidei Christianę auspicia cœ-
perunt, Nerone Imp. anno , & quod ex-
currit, xcviij. vti habent Placentius in Ca-
ta. episcoporum Tungrens. Brusthem.
Democh. & annales Leodiens.

In caussa certè D. Cæciliani episcopi
Carthaginensis de traditione sacerorum
codicum , aduersus calumnias crima-

D 4 tiones.

56 CONVERSIONIS GENTIVM
tionesque Donatistarum diiudicanda af-
fuit S. Maternus episcopus Agrippinensis
Miltiade Pont. Max. Constantino Mag.
Aug. Imp. in concilio Lateranensi, & Cæ-
cilianus à xix. episcopis insons inculpa-
tusq; census est; & Donatistæ cauillatores
condemnati. Meminit eius synodi D. Au-
gust. epist. clxij. clxvj. & alias subinde: quâ-
tū verò laboris hac in re exantlarit aduer-
sus Donatistas, nemo nescit qui vel à limi-
ne Augustinum salutarit (vt sic dicam)
vel primoribus labris eius volumina gu-
starit. In illa verò historia de lite Donati-
starum cum Cæciliiano, id obiter nota-
dum existiuaui, Constantinum Mag. ta-
xauisse cum primis Donatistarum inso-
lentiam, quod negocium ecclesiasticum
retulissent ad forum iudicemque profa-
num, deinde conuictos mendaciorum, &
Augustum principem appellantes, repul-
sam denūciauisse: quod scribit D. Optat.
Mileuit. l.j.

Metensibus fidei religionisq; antistes-
fuit annos xxv. S. Clemens Roma. anno
& quod excurrit, xl. S. Petro Pont. Max.
Caio Calig. Imp. Clemēte verò Romam
euocato suffecti sunt in eandem cathedrā
Cele-

Celestius, Felix, Patiens, & alij, qui cunctā
Lotharingiam plurimis fanis sacrisq; de-
lubris ornarunt : id quod in ipso Prouin-
ciali reperire est. Suberant verò id tempo-
ris Argentinates & Alsatijs Metensium e-
piscopo, teste Gasp. Brusch. Moguntinis
ad fidē reducendis operam dedit S. Cre-
scens, al. Crescentius S. Pauli discipulus,
anno, & quod excurrit, Ix. Nerone Imp. S.
Petro Pont. Max. quod prodit Gaspar
Brusch. Erat porrò ea ætate vnis epis-
patus Moguntinensis & Vvormaciensis,
eademque dioecesis. Denique S. Bonifa-
cius ex Anglicanis regibus oriundus, pri-
mùm monachus, hinc primus archiepi-
scopus post multos exantlatos labores in
prædicando per omnem Germaniam eu-
angelio, à Grego. iij. Pōt. Max. creatus est,
Pippino & Carolomanno Franc. Reg. an-
no, & quod excurrit, vij^c. Idem Germaniq
apostolus Herbipolensem, Eystetensem,
& Frisingensem episcopatus, opitulante
Carolo Mag. instituit anno plus minus,
vij^c. xlv. Germaniam omnem cum paga-
nismo, tum Arianismo, quibus non parū
laborabat, expurgauit. Postremò quum
Moguntinensem ecclesiam xxxv. annos

To. r. de epi-
scopis Ger-
man.

D s admi-

58 CONVERSIONIS GENTIVM
administrasset , Frisonibus euangeliū de-
prædicans , martyrium subiit anno viij.
liiij. Sigeberto , Gaspar. Bruss. Democh.
restibus . Tullenses habuere apostolum,
suæque in Christum fidei primum an-
tistitem S. Mansuetum S. Petri apostoli
discipulum S. Clementis collegam origi-
ne Scotum , anno , & quod excurrit , lx.
Imp. Nerone : quod legere est apud De-
moch.

Austrasiam & Alsatiā vniuersam, cun-
ctumque Argentinatum, Basileam, Hel-
uetiam, & Cantonum populum omnem
ultra citraq; Rhenum, S. Pet. Pont. Max.
Nerone Imp. anno, & quod excurrit , lv.
S. Euchar. Matern. Valer. aliique id ge-
nus apostolici viri Christo eiusque nomi-
ni ac fidei asseruere . Verū relapsi illi
partim in idolomaniam, partim in Aria-
nismum, per S. Amandum Traiectensem
episcopum ad orthodoxiam sunt reuocati , Clodoueo & Clothario Francis im-
perantibus, anno, & quod excurrit, ccccc.
Vti ex Gasp. Bruss. Surio , Democh. li-
quet . Prædicauit etiam isthic Leodega-
rius Francus teste Laz.

In Boiis siue Boiariis , nunc Bauaris,
Chu-

Churiensibus, atque Rhetiis, apostolum
egisse ferunt Lucium quendam, quem
nonnulli Simonem illum Cyrenæū fuisse
contendunt, qui vnā cum Christo cru-
cem gestauit, quem Ratisponæ, Salisbur-
gi, Augustæ Vindelicorum, & Churiæ
prædicauisse, satis in confessu est, anno, &
quod excurrit, clvij. Alij Lucium hunc
Britanniaæ regem esse afferunt, patria ob-
fidem regnoque extorrem, Eleuthe. Pōt.
Max. Seuero principe, anno, & quod ex-
currit, clvj. Eius Lucij postea memine-
rimus. Churiensium primus episcopus
exitit S. Azimo, qui interfuit Synodo
Chalcedonensi, Leone Pont. Max. Mar-
ciano Imp. anno plus minus ccclij. Vi-
de mihi Gasp. Brusch. Democh.

*Britannia, quæ nunc Anglia, concessit AI. Brettan.
nia.
in fidei religionisque Christianæ senten-
tiā Eleutherio Pont. Max. Marco Antoni-
no verò & Aurelio Commodo fratre
Impp. AA. Lucio rege, Aristobulo, Fu-
gatio, & Damiano apostolis, anno secun-
dum V. Bedam, clvj. aut quod magis Lib. r. hist.
Anglic. cap. e
placet Hectori Boëth. clxxxviij. Eam verò Sigebert.
fidem indeprauatam tenuisse insulam Prosp. De-
vsque ad Diocletiani & Maximia. ty- moch.
ranno-

60 CONVERSIONIS GENTIVM

rañnorum Imp. tempora testatur V.
Beda. & quidem Scotti, Picti, Hyber-
ni, cæterique eius climatis insulares, vi-
dentur eodem tempore fidem accep-
se, sed episcopum non ita, si V. Bedæ cre-
dendum est. Putat enim Scottis primum
episcopum fuisse Palladium diaconum,
Pót. Max. Celestino, Theodo. Iunio. Imp.
anno ccccxx. Vel iuxta D. Prosp. in Chro.
ccccxxxiiij. Basso & Antiocho Coss. La-
befactarant siquidem non parum omnē
Britonum prouinciā Pelagius, Julianus,
Celestius, & alij quidam; eamq; ob cauf-
sam Celestinus Papa S. Germanum An-
tisiodorēsem & Lupum Trecensem epi-
scopos illuc destinat, & Scotiæ antistitem
præficit quem diximus Palladium anno
ccccxxxiiij. Non desunt tamen qui existi-
ment Scotos episcopum habuisse D. Pal-
ladium, siue illum ipsum, siue eiusdē no-
minis alium, Victore Pont. Max. Antoni-
no Caracalla Imp. & Seuero, rege Donal-
do, anno, & quod excurrit, cxcvj. Is Do-
naldus primus omnium regum Scotico-
rum cudit nummos, eosque cruce esse in-
signes voluit, velutq; religionis tesserā cen-
seri. Et fortè hęc religionis mutatio medi-
tandæ

Lib. I. cap. 13

tandæ contra Romanos rebellionis occa-
sionem dedit. Nam id temporis Britones
à Romanis defecisse probatissimum est,
eisque bellum intulisse Seuerum, quem
Eboraci Britaniæ mortuum testatur Eu-
seb. Cæs. in Chro. aliique historici. fuisse
enim sèpenumero ipsos Palatinos ac Au-
gustales prouinciarum præfectos fide im-
butos Christiana, etiam apostolorum té-
poribus, literis diuinis, cum veteris, tū noui
testamenti cōpertum est; vnde non
solum familiæ, verum etiam integræ pro-
uinciaæ eandem induerunt & opinionem
& religionem. Quum verò reciproca vi-
cissitudine pro insularium cum inconsitan-
tia, tum malitia, dudum nūc religio, mox
supersticio rerum potiretur, denique an-
no v. lxxxij. Imperatoris Mauritij anno
xiiiij. aduentus Anglorū in Britanniā an-
no circiter cl. D. Greg. Papa diuino instin-
ctu admonitus, misit in Angliā S. Augu-
stinum monachū, cum aliis aliquot eius-
dem instituti viris; vt gentem barbaram
partim gentilismo prisco, partim Aria-
nismo, demum Pelagianismo corruptam,
cultiorem meliorisque frugis redderent,
omnemque usque ab radicibus barbarie
extir-

62 CONVERSIONIS GENTIVM

extirparent. Picti itaque culturæ euangelicæ accommodarunt aurem, & ad mansuetudinem Christianam perducti sunt anno, & quod excurrit, cccccxxx. per D. Columbanū presbyterum Scotū, vel, vta- liis placet, Hibernū, Bridio rege, Iustino ij. Imp. Gregor. j. Pont. Max. Tametsi pridē indefessam operā illis in fide excolendis nauauisset S. Miuanus Venedola Britan- nus anno plus minus cccc. Theodo. se- niore, aut certè Arcad. & Hono. Impp. AA. Anastasio Pont. Max. Scotos quoq; è schismate reuocauit S. Hebertus An- glus anno vij. xvij. grassantibus Impera- toribus Constantin. passim in iconas.

Saxones Orientales ad fidem Cathol. redierunt anno, & quod excurrit, ccccc. lxix. industria S. Melliti primi Londinen- sis episcopi ; deinde S. Iusti episcopi, & Al. Geberto. S. Vvilfridi episcopi Eburicensis, rege^{*} Si- berto & Carpinaldo fratribus Catholi- cis. Demum Anglosaxonibus Orientali- bus siue Clunocensibus in fide Cath. fir- mandis rerum sategit S. Felix episcopus Hono. j. Pont. Max. anno, & quod excur- rit, ccccccxx. Imp. Phoca.

Nordanhum bri, id est, Septētrionales,

seu

Ado Vien- nens.

seu Aquilonares Anglosaxones , receperunt cithodoxiā primum prædicante S. Iusto episcopo, ac eius deinceps discipulo S. Paulino Italo, rege Eduino vnā cū tota domo Baptismi Sacramento abluto, Pōt. Max. Bonifacio ij. Mauri. Imp. anno, & quod excurrit,ccccclxv. Fuit item apostolus occiduis Anglosaxonibus S.* Byrinus Al. Berinus. episcopus à S. Asterio episcopo Genuensi cōsecratus, Tyingilfo apud eos principe, Hono.j. Pont. Max. anno aut amplius vj. xxiiij. Regna Beruiciæ & Deiræ in vnum Nordthumbrie coaluerūt anno plus minus v. vij. Middelangli, id est Mediterra-nei, docti & baptizati sunt in fide ortho. à S. Finano episcopo, principe Penda , qui statim vt hac fidei gratia donatus est, eam suis Merciis, ex quibus erat oriūdus, communicavit, eisq; sacerdotes episcoposque ordinari curauit anno , & quod excurrit, vj.lv. Rege Osvvi, Cōstantino Heraclij A. filio Imp. aut certè Heracleona & Martina nouerca A. A. Pōt. Max. Theodoro. Vti prodūt V. Beda, Hector Boëth. Dēmoch. Prosp. Palmer. Hiberniæ diu olim vnā cū reliqua Britānia ad fidē vocatę j. episc. destinatus est S. Patricius , à Romanis ita dictus

Affuit Iustus
legatus Gal-
lia Synodo
Aquileiensis
Damafo Pōt.
Max. anno
420.

64 CONVERSIONIS GENTIVM

Hic Galba
imperiū imò
tyrannidem
inuasit anno
71. teste Eu-
seb. in Chro.
postea capite
truncatus in
medio Roma-
næ vrbis foro.

dictus ob morum ciuitatem urbanita-
temque natione Brito, Scotorum à S. Pal-
ladio secundus episcopus. Is vt efferū in-
cultumq; populum metu percelleret, mi-
tioremq; redderet, præmissis ieuniis &
precibus, poenas eis inferorum ostendit.
Vnde Purgatoriū Patricij est vocatum
vulgo. Incidit istuc in annum v. lij. Vig-
ilio Pont. Max. Iustinia. j. Imp. teste Vin-
centio, aut, vt alij volunt, anno ccccxxxij.
Celestino Pont. Max. Theodo. Iuniore
Aug. Orchades xl. Britanniae insulæ, præ-
ter apostolicos illos viros primos, qui totū
orbem habitabilem cursim fide instru-
xerunt, primum symmysten episcopum
sunt naati S. Seruanum Scotum S. Palladij
archiepiscopi auditorē, anno, & quod ex-
currit, v. xlv. Pont. Max. Agapeto, Iusti-
nia. j. A. Britannia olim in multos regulos
erat distributa, eoq; difficilius aut fidem
acepit, aut tenuit, seruauitq; acceptam.

Quoties autem Britonum prouincia
fidem repudiarint, quomodo iterum re-
pudiatam receperint: quam pij Reges
isthic fuerint, quam S. Petro & Romanæ
ecclesiæ deuoti; quāta sanctitate præluxe-
rint aliis episcopi; quātis virtutibus excel-
luerint

luerint monachi : deniq; quantum iſthic
promouerit bonorum Regum pietas , fi-
deique prorogarit pomæria; quantum re-
mouerit impietas , & V. Beda in suis an-
nalibus proſequitur , & rerum euentus,
temporumque series declarant . Hinc S.
Hiero. Britanniam vocat fertilem tyran-
norum prouinciam.

Epist. ad Cte-
ſiphontē cōt..
Pelagiū Brit-

Britanniā totius Occidētis omniū in-
ſularum maximam, olim Valentiniano j.
Imp. ingressi ſunt Angli origine Saxones
anno , & quod excurrit, ccclxx. Damaso
Pont. Max. ſuoque de nomine Angliam
appellarunt; eamque fide dudum ab apo-
ſtolicis temporibus fuſcepta , exuerunt,
flamma & ferro permifcētes omnia. Du-
dum antea quoque anno cclxxxvj. Dio-
clet. & Max. Impp. Francos ac Saxones
Britannis fuſſe infestos testis eſt V. Beda
& Aimoinus alibi : fuſſeque olim veteri
Britanniae nomen Albion , affirmat, mul-
tiſque cum episcopis & martyribus & re-
liquo clero, tum monaſticæ vite professo-
ribus celebrem: id quod tot episcoporum
ſiue Scoticorum ſiue Anglicorū , qui paſ-
ſim per vniuerſam Germaniam ecclesiis
præfuere , exemplis manifestum eſt. Bri-

Lib. 1. cap. 6.
& 1. & 14. &
lib. 4. cap. 77.
78.

E tannia

66 CONVERSIONIS GENTIVM

tannia Straboni à Britone rege, Anglia ab
Angela Francorū Saxonúq; regina, Albiō
ab albis rupibus mari vndique ablutis &
albicátibus nuncupata, primum quidem
igitur Aristobulum, siue illum, cuius me-
minit S. Paul. quod Dorotheo probatur,
siue alium, vnum certè ex lxxij. discipu-
lorum classe apostolum est nacta, anno, &
quod excurrit, xcix. Clemente Pót. Max.
Domitiano Imp. A. Deinde Fugarium &
Damianum, qui ordinem hierarchicum
ecclesiæ iſthic fundatę ab illo inchoatum
constituerunt, sanxeruntque more nimi-
rum apostolico.

Primas enim Angliæ archiepiscopus
Cátuariensis Legatus natus corepiscopos
suffraganeos olim habuit xx. archiepisco-
pos vnum & alterum, præter Metropoli-
tas Hiberniæ iam Irlandiæ, & Scotiæ.

Primus episcopus post illa felicissima
sanctissimaque apostolicorum episcoporu
tempora, post Diocletiani tyrannidem,
post sopitos Pelagij, Agricolæ, Seueriani,
aliorumq; eius farinæ, restinctosq; ignes,
S. Augustinus Dorouerensem admini-
stravit ecclesiam; deinde Cantium com-
migrans, veteremque expurgans ecclesiā,
confi-

Rom. 16.
In Synopsi.

Vide V. Bedā
lib. 1.
Democh.

S. Iustini

consecrato illic Laurentio, primariam totius regni esse iussit, Edelberto rege, Tiberio ij. A. Benedicto Pont. Max. anno, & quod excurrit, ccccclxxvij. S. Rusticus episcopus Londinensis fuit in ij. Concilio Atelatenfi, Syluestro Pōt. Max. anno ccc. xxvj. Volusiano & Anniano Coss. D. Constantini. Mag. A. Londoniensium primus archiepiscopus fuit S. Mellitus, Eboracensis Metropolitanus fuit Paulinus, siue Nordanhumbrorum, cui successit S. Aidanus Scotus apostolus Lindisfarnensis, idemque episcopus ibidem. Roffensium primus antistes fuit Romanus a S. Iusto ordinatus, Candidæ casæ vel Pictorū Australium & Beruiciorum S. Nima, Dorcestrensis S. Acila, Merciorum Diurna Scotus, Hincciorum Tatfridus, Lindissenfum apud Mercios ac Mediterraneos communis episcopus fuit Sexnulfus, monachi omnes. Erat autem ex constitutione Grego. Papæ, singulis Metropolitis xij. episcopi suffraganei.

Primas Scottiæ archiepiscopus S. Andreæ, item diu olim habuit episcopos suffraganeos xij. quos repudiatos, restituit Xistus iij. Pont. Max.

68 CONVERSIONIS GENTIVM

Hibernia dimidio minor est Anglia, & ætate posterior fidem accepit, attamen & plures habet Metropoles, sed ēve archiepiscopales, & religionem tenet constantius: Anglia perpetua mobilitate sursum, deorsum, ventis inconstantior, affectu magis quam ratione mouetur, sui oblita, suæque religionis parum memor, quam ab Apostolis, quos diximus, olim tam obuiis animis pariter atque vlnis accepit.

V. Bed.lib. I.
C. 29.

In Hibernia sunt interim quatuor Metropolitæ seu archiepiscopi, singuli sortiti xij. pro sanctione antiqua, episcopos suffraganeos. Omisi interim Constantium Chlorum, Constantinum M. Maximum tyran. Christianos, Britannos natione & professione catholicos, S. Ursulam cū xij. suis, Inipp. Gratia. vel Arcad. & Hon. A.A.

Hactenus de gentium illarum, ad quas ipsimet apostoli eorumve discipuli penetrarunt, vocatione, istēc ita habentor. Jam nunc quomodo & per quos, Imperatoribus ipsisque principibus A. de fide Christianaque religione insinuatum sit, & quādo reliqui postliminio populi in eandem fidem conspirarint, persequamur.

Tiberius A. Imp. cuius anno xv. passus est

est Christus (vti Tertull. & alij scribunt) Lib. cont. Iudeos. Niceph. Grego. lib. 8. de Pasc. Cor. rect.
 Senatus populusque Romanus de Chri-
 sto, eiusque cum doctrina, tum miraculis
 certior factus fuit, scriptis à Pontio Pilato
 Iudææ præside literis eodem imperij
 Tiberij anno, id est, Christi xxxiiij. id
 quod produnt Euseb. Cæs. eccl. hist. lib.
 ij. cap. ij. in Chroni. Nicepho. Call. lib. ij.
 cap. viij. Georg. Cedren. Io. Zonar. Ado
 Viennens. Paul. Oros. lib. viij. cap. iiiij.
 Tertul. in Apologet. aduersus gétes cap. v.
 Refert Niceph. Call. Mariam Magda-
 lenam, item Romam contendisse, res-
 que Christi ad Tiberium cont. Pilatum
 retulisse.

Apud Caium Caligulam A. de Chri- Lib. 2. cap. 10
 sto relatio facta est in primis per L. Vitel-
 lium Syriæ prefectum, subornatum à La-
 zaro, aliisq; siue profanis, siue ecclesiasti- Niceph. Ibid.
 cis in Christum credéibus, qui iniuriam
 à Pilato Iudææ præside Christo illatam,
 cum scripto, tum ore tenus apud Vitelliū
 cum primis, deinde apud Impp. AA. Ti-
 ber. & Caium deposuerant. Vnde & Ro-
 main purgádi sui ergo Pilatum euocatū,
 caussa verò cadentem sibi manus intulis-
 se, testes sunt historici vniuersi. Deinde

E 3 Caio

70 CONVERSIONIS GENTIVM
Caio quoque relatio de Christo, eiusque
gestis facta est anno plus minus xlj. per
Philonem illum Iudæorum disertissimū,
de quo abiisse in prouerbiū refert D. Hie-
ro. Aut Plato philonizat, aut Philo plato-
nizat. Iterū anno plus minus lv. per regē
Agrippam Iudæorum que procuratorem
Cumanum, secundo per Felicem præsi-
dem & Tribunū Lisiām, Claudius Imp.
A. de Christo relationem accepit. Per Fe-
lītum, Albinūm, Cestium Florum eiusdē
prouinciæ, seu prætores Augustales seu
præsides, per Luc. Ann. Senecam præce-
ptorem suum anno, & quod excurrit, lx.
Nero Imp. per Flauiū Iosephum, Quiri.
Ascon. Pedianum, aliosque eius temporis
annalium historicos cum primis, tum
Iudices & exarchos regionum Titus &
Vespas. AA. Impp. anno aut circiter lxxx.
per Fla. Iosephum, Egesippum histor. He-
rennium Graniam Asiæ proconsulē, Bru-
tium martyrum Christianorum scriptorē
notarium, & alios atque alios, aliarum a-
liarumq; prouinciarum seu præsides, seu
præfectos, Domitianus Imp. A. anno plus
minus xc. Nequc operæprecium est hic
recensere Seianos, Flacc. Æmilios, Guso,
Fado,

Fado, Sergios Paulos, Lisbios, Lentulos,
Plinios, Ægeates, Stratocles, Cumanos, &
cæteros prouinciarum quarumque vel in
Asia, vel India, vel Africa, vel Europa, to-
to (inquam) orbe, qui id temporis Roma-
nis parebat, seu prætores Augustales, seu
præfectos, quorum intererat quicquid re-
rum vbiuis locorum, gētiūmve ageretur,
Imperatori A. Senatui populoque Ro.
perscribere. Neque mihi commemo-
rando existimo Athenagoras, Iustinos, Qua-
dratos, Aristides, Agrippas, Melitones,
Thcophilos, Apollinarios, Tertullianos,
Tatianos, Bardesanes, Irenæos, Diony-
sios, Clementes, Miltiades (vt apostolos
quoque omittam) ac reliquos eius classis
seu antistites, seu religionis Christianæ
principes viros, qui multis voluminibus
Apologiisque editis pro Christiana fide,
gentilium errores, Græcorumque affe-
ctiones refutarunt. Res siquidé Christia-
nas vniuerso mundo liquidissimè notas
fuisse, hac tum ætate vel isthoc argumen-
to licet colligere. Singulis nanque prouin-
ciis præter illos siue Consules, siue Pro-
consules, siue Proreges & Exarchos, crea-
bantur quoque quinquennio Censores,

E 4 qui

72 CONVERSIONIS GENTIVM
qui lustrum diu olim à Tarquinio Prisco
institutum anno vrbis plus minus,cxxxv.
Olymp.xlv.ac deinceps obseruatum, cen-
sumque ciuium Ro. indicerent atque ha-
berent, vti ex tabulis Romæ Capitoliniis,
quas nuper vidimus, compertū est. Erant
(inquam) præterea Chartophylacij & ta-
bularij fisci, quorum Sueto. in suo Augu-
sto & Domitiano, Iulius Capitolin. in Cx
fare, Abdias Babylonius lib. vj. Theodo-
rus Balsam. Patriarcha Antiochen. Gre-
go. Turonic.lib.v.vj.viij.hist. Franc. & Ni-
cepho. Call. meminerunt, qui censa bona
pariter & singulorum nomina, in codices
referebant. Iam verò facultates Christia-
norum publicari, ipsosque adeò proscribi
à tyrannis solere, nemo est qui ignoret, qui
vel lippis oculis apologeticos, quos retuli-
mus, inspexerit. Postremò etiam nostris
nostrorum cura incessebat. Iam enim in-
de ab Apostolorū temporibus Linus, Cle-
tus, Clemens Ro. Anacletus, Euaristus &
alij Pont. Max. singulas diœceses atque
episcopatus in septem regiones distinx-
erunt seu titulos, adhibitis episcopis qui-
busque septem diaconis, propter stylum
veritatis obseruandum. Singulis verò re-
gioni-

In Comment.
circa tit. 3.
Photij patri-
arch. Con-
stant. lib. i.
hist. ec. cap.
ii. Eutrop.
& Fl. Vopisc.
de Aureliano
Imp.

S. Clemens
exulans apud
Pontiam in-
sulam fertur
extraxisse ec-
clesias 75.

gionibus præfecerunt presbyteros primū quidem singulos, quos demum gliscente fidelium multitudine sacerdotumq; aucto numero Higino Pót. Max. vocare cœperút Cardinales, siue Primarios. Cæterū parœchiis singulis singuli clerici alij admoti sunt, quos hodieque Pastores appellamus.

Illis porrò presbyteris, additi septē diaconi : his quoque septem notarij qui, in sua quisque regione, primū baptizandorum, quorumque nomina sacris codicillis exciperent, deinde res gestas martyrumq; agones, ac certamina examissim conscriberent: id quod apud Damas. Pót. Max. Cypria. Onuphr. Pata. aliosq; scri-

Anastas. Bi-
bliothecar.
Democh.

ptores classicos conspicuum est.

Propagata autem latius Christiana religione & tituli auctiores facti sunt, frequentioresq; & Presbyteri & Diaconiæ. & quia ecclesia iuxta Dominicam spon- sionem erat proroganda vsque ad omnes fines mundi, regiones & numero plures & intercedidine vastiores sunt redditæ.

Nam vt aliquid hac de re dicam, quo nostri intelligent, quām magna sit domus Dei, & quā ingens locus possessionis eius,

E s quam-

74 CONVERSIONIS GENTIVM

I. Tim. 3.
Act. 20.
Matt. 16.

quamque sit fortis columna, ecclesia Dei
viui, quam Christus acquisiuit sanguine
suo, contra quam portae inferi nunquam
sunt præualituræ, Romanus quidem pon-
tifex præter communes quinque patriar-
chales vrbis ecclesiæ, vnam indigenam
totius orbis matricem atque parentem,
quatuor peregrinas, quatuor mundi par-
tes, orientem, occidentem, meridiem, se-
ptentrionem referentes, Constantinopo-
litanam, Alexandrinam, Antiochensem,
Hierosolymitanam, præter communes a-
lios quoisque suffraganeos in partem soli-
citudinis accitos per omnes ecclesiæ; ha-
bebat præterea (inquâ) Pont. Max. Roma-
octo episcopos qui Archiepiscyteri dice-
bantur statim post apostoloru temporâ Hy-
gino Pont. Max. anno cxlij. seu Cardina-
les, Ostiensem qui Papâ consecrat, Vale-
tiensem siue Velleensem, Albanensem, Tu-
culanu, Portuensem, seu S. Ruffinæ & Se-
cudæ, Tiburtinu, Reatinu, Sabinensem, ta-
metsi aliter paulo eas enumeret Onuph.
casq; septem duxat, duab^o in vnâ cōfatis.

Campania, cuius patriarcha est Ostien-
sis, sortiebatur episcopos suffraganeos x.
Anagnensem, Saginensem, Ferentinensem, Ala-
trinem.

trinens. Verulanens. Terracin. Soron. Fun
dan. Aquitan. Gaietan.

Regnum Siciliæ præter Papales, habe-
bat tres Metropolitas, quorū primus Pa-
normitanus tribus præest suffraganeis, A-
grigentino, Mazarenſi, Mileuitano ſiue
Malteno: ſecundus duobus corepifcopis
præficitur S. Marci, & Miletensi, ſiue, vt
alij vocant, Syracufano & Cathanēſi: ter-
tius Metropolites, item duos habet epi-
ſcopos Suffrag. Syracuf. & Catha. vel, vti
alij vocant, S. Marci & Miletensi.

In Calabria erant iiii. ecclesiæ Metro-
poles: prima Reginensis, habetq; viii. Suf-
frag. ſecunda vnum; tertia nullum; qua-
rta quinque, aut ſecundū nonnullos septē.

In Apulia ſunt archiepifcopi xv. pri-
mus Consanius habet v. Suffrag. ſecūdus
Acherontinus v. Tertius Tarentinus ij.
Quartus Matinensis ſeu Casinēſis nemi-
nem: Quintus Brudensis vnicum: Sextus
Idruntinus, v. Septimus Barēſis xij. Octa-
uus Tranensis ij. Nonus Sipontinus j.
Decimus Beneuentanus ſiue Terrę labo-
ris xxiiij. Undecimus Salernitanus v. Duo-
decimus iiii. Decimustertius Surentinus
iiij. Decimusquartus Neapolitanus v. De-
cimus-

76 CONVERSIONIS GENTIVM
cimus quintus Capuanus viij. In Tuscia
Corsica archiepiscopus Pisanus habet epi-
scopos Suffrag. vj.

In Tuscia, quæ est patrimonium S. Pe-
tri ex libera donatione, sunt episcopi xxv.
Suffraganei Papæ.

In Aprucia sunt ecclesiæ Cathedrales
cædemque episcopales viij.

In Vmbria seu ducatu Spoletano sunt
antistites x.

In Marchia Anchonitana xij.

In Romandiola iiiij.

In territorio Ianuensi viij.

In Sardinia iiij.

Archiepiscopus Tauritanus præst e-
piscopis Suffrag. vij.

Archiepiscopus Alborensis iij.

Archiepiscopus Rauennas habet sub se
episcopos Suffrag. xv.

Archiepiscopus Mediolanensis xvij.

Patriarcha Aquileiensis v.

Archiepiscopus Paduanus xij.

Patriarcha Gradensis vij.

Archiepiscopus Iadriensis v.

In Sclauonia archiepiscopus Spalaten-
sis ix.

Archiepiscopus Ragusensis vij.

Archie-

Archiepiscopus Antibarensis ix.

In Hungaria Archiepiscopus Stridonensis seu Strigoniensis vij. Nam Domnū Stridonensem affuisse in Concilio Nice. j.certum est.

Archiepiscopus Colocensis viij.

In Polonia Archiepiscopus Guerzen-fis x.

In Hispaniis apud Aragones, archiepiscopus Terraconensis viii. habet episcopos Suffrag. Archiepiscopus Cæsaraugustanus v.

Archiepiscopus Toletanus vij. estque Hispaniæ primas.

Archiepiscopus Còpostellanus xj. Archiepiscopus Hispalensis , siue Siuiliæ vj.

In Regno Portugalliæ siue Lusitaniæ, quod diuulsum ab Hispania propriū regē habere cœpit anno m.cx. Alfonsum Henrici comitis Lotharingiæ filiū, teste Blōd. Fla.lib.ij. Geogr. Archiepiscopus Braccensis Metropolitanus olim ix. Archiepiscopus Vlysbonæ, quæ ab Vlysse conditor re nomen sortitur, olim Olyssippū, de quo Strabo lib.ijj. & Plin.lib. ijj. cap. xxj. habet episcopos Suffraganeos vj. vt omittā cxxx. Monasteria opulētissimè dotata , & plus-

78 CONVERSIONIS GENTIVM
plusquam m.cccc.lx. ecclesias parœchia-
les quæ istic alibi xij. leucarum latitudi-
nis, itemque totidem longitudinis spacio
esse referuntur in Lusitania interamni ma-
gno antiquæ pietatis religionisque argu-
mento.

In regno Granatensi Archiepiscopus
Granatæ habet episcopos Suffrag. iij.

Non feram hic petulantiam nostratiū
hæreticorum, qui vulgo persuadere conā-
tur, Hispaniam, & præsertim Granatam,
esse in fide nouiciam, quum Concilium
Elibertinū Granatæ sit habitum à xix. epi-
scopis circa tēpora Concilij Nice. j. Con-
stant. Mag. Imp. A. Sylvest. Pont. Max. ité-
que Concilium Toletanum j. à totidem
patribus initum Arcad. & Hono. AA. Sti-
licone Cos. Innocent. j. aut Zozimo Pót.
Max. anno plus minus ccccxiij. vt præ-
teream reliqua Concilia Toletana, Cæ-
saraugustana, & alia quæ retro tempori-
bus coière: deinde de Priscillianistis &
Gnosticis, Marco Ægyptio auctore ac præ-
side, sumptum supplicium, Idacio & Ita-
chio episcopis Hispanis Maximum im-
pendiō vrgentibus, vt habet Seue. Sulpit.
& alijs.

In

In regno Britaniæ archiepiscopus Can-
tuariensis olim præfuit episcopis xx. Suf-
fraganeis, eratque Legatus natus quem
vocant. Archiepiscopus Eboracensis tri-
bus.

Reliqua Britanniæ, Hiberniam, Scotiæ,
utranque Daniam, siue Daciam, nunc Va-
lachiam, Noruegiam, Suetiam, Germa-
niæ omnem, vniuersamque Galliam
compendij cauſa peitranſeo, quorū no-
minatim episcopos Sebaſt. Müſter. Gasp.
Brusſch. Grego. Turo. Gagui. Regin. Si-
gebert. Democh. & alij memorant.

Patriarchatui Hierosolymitano preter
Metropolitanos v. erant iiij. Suffraganei,
& quidem Metropolites primus Cæſa-
rænsis in Palæstina imperabat episcopis
Suffrag. xix. Secundus in Nazareth Ga-
lileæ gentium ix. Tertius in Arabia deser-
ta Moabitide xij. Quartus in Syria seu
Arabia Catholicorum xxxv. Quintus in
Lydia, siue Cappadocia, xix. omitto inte-
rim episcopatum Thabor & eos qui sunt
in petra Caracha & monte Sinai.

Patriarcha Antiochenis utebatur Ar-
chiepiscopis Suffraganeis xj. episcopis pe-
nè infinitis.

Patriar-

80 CONVERSIONIS GENTIVM

Patriarchatui Cōstātinopolitano sube-
rant archiepiscopi Suffrag. vj. Metropoli-
tæ episcopi xv.

Patriarcha Alexandrinus toti Ægypto
præfetus erat, archiepiscopis & episcopis
compluribus quos enumerare longū est.
Nam S. Marcum apud Cyrenem, Ptole-
maidem, reliquamque Pentapoleos re-
gionem, tum Lybiam, Marmaricam, Am-
monicam, cunctamque Ægyptum eccl-
esias fundauisse, clericorum gradus omnes
& episcopos constituisse, ex scriptore il-
lius vitæ, & ex historiis clarum est. Hisce
rationibus facili coniecturaque certissi-
ma consequimur (vt ad id vnde digressi
sumus reuertamur) neque per Reip. pro-
fanæ Satrapas, neque per Christianæ re-
ligionis antistites, omnemque Panopliâ,
tum ordinem Hierarchicum ecclesiariū,
res Christianorum obscuras esse licuisse.
Atque utinam, vt alia transeam, illos no-
tariorum sacros codicillos haberemus,
aut certè Chartophylaciorum tabulas;
ego certè eos pluris quàm omnium se-
mel Crœforum opes, quàm Augustorum
felicitates, quàm Sibyllina folia, quā Fa-
stos triumphosque Coss. Capitolij Ro-
æsti-

æstimarem. Neque tantopere D. Hiero.
Euag. Theodorit. Pallad. Doroth. Genad.
Sime. Metaph. V. Beda, Vsuiard. aliique
siue historici siue Martyrologi se se torsis-
sent perquirendis hincinde martyrum &
confessorum rebus gestis; neque nos ho-
die magnopere sudaremus refellédis hé-
reticis. Si namque in omnibus iam dictis
ecclesiis apostolicis, ordinem illum hie-
rarchicum ab apostolis institutū (id quod
adnotant diligenter Dionys. Areopa. Cle-
mens Ro. & alij) ob oculos ponamus, per-
uidere erit, eandem prorsus esse huius té-
pestatis, illiusque æui apostolici, ecclesiæ
faciem, nisi quod virtutibus illam meri-
tisque amplissimis ornatam celebrare,
hanc licet fide, ritibus, ceremoniis similē,
vitiis verò moribusq; degenerem, ac ve-
lut nœuis aspersam ac labefactatam de-
plorare debeamus.

Notarios verò illos fuisse partim mo-
nachos, partim lectores aut clericos, Ge-
laf. Pont. Max. satis declarat. S. August. in-
sinuat eos non tantum oculatos; verum-
etiam auritos testes fuisse, & referendariis
qui res quasque explorabant, vti solere,
epist. cxxxij. ad Memoriū episcopum.

F Aliud

In epist. ad e-
piscopos Lu-
caniæ cap. 5.
& habetur
dist. 77. mo-
nachus.

82 CONVERSIONIS GENTIVM

Aliud verò notariorum genus, qui Christianorum cum Paganis, vel Catholicorū cum hæreticis altercationes disputationesque excipiebant (quales fuit Marcellinus comes, & alij prouinciarum seu iudices seu Præfecti) apud August. non infrequenter reperias, quoties eum aut cū Arianis, aut Donatistis, vel aliis in disputationem descendere oportuit. Pascentiū comitem Arianæ factionis patronum notariorum stylum timuisse scribit epist. clxxv. Inde verò ex notariorum committariis scribebantur relationes ad Imperatores A. aut Pont. Max. pro lite decenda. S. Athanasius primū fuit notarius D. Alexandri patriarchæ Alexandrini, teste Niceph. Call.lib.vij. cap.xliij. Notariis vsum fuisse D. Originem Catechistā Alexandrinum, Didymum item eiusdem ecclesiæ Pædotriben, testatur S. Hiero. in Chronicis & alibi. Notariorum qui excipiebant dissidentium partium vltro citroque verba & responsa meminit D. Athanas. epist. ad Solitariam vitam degentes, Possidius in vita S. Augustini, Victor Uticensis lib. ij. S. August. epist. lxj. clix. clx.lib. ij. Retract. c.lix.l.j. cont. epist. Gaudentij

Lib. 7. cont.
Acade. cap. 1
Lib. 2. cap. 7.
& seq.
Lib. 1. de ord.
cap. 9. epist.
252. 163. 147
& in Possido-
nio & lib. re-
tract.

déntij c.j. In Breuiculo c. j. S. Ambros. epist. xxxij. Hieronymus nonnunquam septem usus est notariis qui ei erant à commentariis scribendis; id quod in epist. ad Heliodorum seu Epitaphio Nepotiani manifestum est; & epist. ad Luciniū, eiusdemq; Epitaphio. L. xij. C. extat titulus vij. de primicerio & notariis. Vbi & de Tribunis notariis agitur, quales fuere Damatius, Dulcitus, Marcellinus, aliiq; viri Consulares clariss. De his legere est in Concil. Cōstant. ij. Oecume. v. Eorū functionem nunc administrant, quos secretarios appellamus. Verūm hæc aliās opportuniūs; nunc iam quod instituimus persequamur.

Dacia siue Dauia siue Dania regio Scythiae Europææ, totaque Transyluania, ac Getæ, quos eosdem populos cum Dacis opinatur Plinius, ut mea quidem fecit sententia, vñà cum Lydis, Phrygibus, Thracibus, Mæsiis, Misiis, Illyrico, Pannonia, aliisque seu gentibus, seu locis, fidem ab Apostolis, ipsissimisve apostolorum discipulis acceperunt. Atque id mihi sic probatur: Fuerunt in Cōcilio Nice. j. episcopi duo Daciæ, Marcus Metropolitanus

Vnde Dauis
& Geta apud
Athenienses
seruorum no-
mina, quod est
in Comicis
legere.

84 CONVERSIONIS GENTIVM

& Protogenes Sardicensis, itemque Provinciæ Misix, Lydiæ, Phrygiæ, Dardanix, Dalmatiæ, Pannoniæ quam D. Optatus triplicem facit lib. ij. Bosphori, aliiq; episcopi Dacis vicini. Deinde bella subinde Barbarorum cū Romanis gesta, causam apud illos promulgandæ religionis nostræ præbuere, teste Nicepho. Call. & Socrat.

Lib. 8. cap. 33

Lib. 1. cap. 20

& aliis. Nam dum prædas vltro citroque sæpe egerunt, inter alios captiuos etiam non raro sacerdotes, episcopi, aliorumque graduum clerici abducti fuere; qui quum morbos curarent, dæmones pellerent, solaque Christi inuocatione exigerent, aliasque eiusmodi perpetrarent, quæ videbantur humana conditione superiora, Barbari numen aliquod id genus prodigiis inesse arbitrati, viros illos summa veneratione sunt prosequuti, Deoque conciliato, repudiatis idolis, constructis templis, Diuino Christianoque sese cultui dederunt. Nasamones verò, Dacos, Scythes, & Germanos reliquos sæpenumerò Romanis rebellasse nulli dubium est. Equidem Cæsarem Augustum, post Lentulū Coss. Domitianus Imp. de Dacis & Catuis bis triumphum duxit: Traianus gétes illas

illas penitus in potestatem Romanorum, atque in prouinciam redegit : quumque occisis Romanorum præsidiis, totum robur, omnesq; vires, collecto copioso milite, in Romanorum fines intendissent Galieno Imp. Aurelianus denique Imperator & rebelles illos patria exturbauit, & colonos illic Romanos collocauit, auctore Ruffo, anno plus minus cclxx. Dionys. Pont. Max.

Erat verò Val. Aurelianus Dacia Ripensi oriundus, quod adnotat Eutrop. Ceterum fuisse ipsos milites non raro Christianos, cum Thebæorum militum Dioclet. & Maxim. A. A. tum M. Aurelij Antoni legionum Christianarū (quæ fulmineæ & igniferæ fuerunt appellatae) exemplisque Processi, Martiniani, infinitorumque aliorum exploratum habemus. Georg. Cedrenus asserit illos M. Aurelij milites legionis Melitenæ fuisse.

Tridentini statim sub tempora apostolorum & fidē & fidei antistites mihi habuisse videntur. Abundantius profecto episcopus Tridentinus vnā cum S. Ambroso Mediolanensi, & Philastrio Brixiensi, Concilio Aquileiensī interfuisse

Vide Euseb.
in Chro. Vo-
lat. lib. 8.
Geograph.
Niceph. lib. 3
cap. 23.
Orof. lib. 7,
cap. 10.

Meminisse Iu-
stin. Mart.
Apolo. 2.
Tertul. apo.
cap. 5. & lib.
ad Scapul.
Euseb. lib. 5.
eccl. hist. cap. 5.
Orof. lib. 7.
cap. 15.
Dion. Nicæ.
Iul. Capito-
lin.

F 3 legitur

86 CONVERSIONIS GENTIVM
legitur Pont. Max. Damaso, Gratia. V.
lentinia. Theodo. seniore Imp. A.A.A.
anno, & quod excurrat, ccclxiiij.

Pictauienses, al. Pictabionéses, religio-
nis Christianæ catechistam pariterque
AL. Nectarii. præsulem sunt consecuti S. Victorinum
natione Græcum, circa annum cclxxxij.
Imp. Probo & Caro. uti legere est apud
S. Hiero. in Catal. Petrum de Natal. lib.
x. cap. xij. in Catal. Sanct. Democh.

Iberi siue Iberes Armeniae citerioris
populi ad Pontum Euxinum, primū per
captiuam mulierculam quandam Chri-
sto dicatam, inde per prædicationē S. Pa-
tricij fidem ambierunt, & deleta idolo-
mania Christo ecclesias nuncuparunt, &
vota ardentissima Constantino Mag. A.
Marco Pont. Max. anno, & quod excur-
rit, cccxxxv. id quod habent Russi. lib. j.
cap. x. Niceph. Call. lib. viij. cap. xxxvij So-
crat. lib. j. cap. xx. Sozoine. lib. ij. cap. vj. &
seq. Theodorit. lib. j. cap. xxij. Sigebert. in
Chronic. Est elegans admodum historia,
quomodo rege & regina ad fidem con-
uersis, vniuersus populus in eandem sen-
tentiam conspirarit, iuxta illud Claudia-
ni poëtæ;

Regis

Regis ad exemplum totus componitur
orbis.'

Illudque Plinij Nepotis: Vita principis
censura est, eaque perpetua, ad hanc diri-
gimur, ad hanc conuertimur.

Eodem prorsus æuo Indi interiores fi-
dem Christianam sunt amplexati, au-
tores S. Athanasio Alexandrino, Apostolis
Meropio & Metrodoro Philosophis, Fru-
mentio & Adesio Episcopis, quod scri-
bunt Ruff. lib. j. cap. ix. Socrat. lib. j. cap.
xix. Theodorit. lib. j. cap. xxij. Niceph. lib.
vij. cap. xxxv. & sequent. Putat Niceph.
hanc Indorum nationē ex Abraham &
Cetura prognatam, regionemque eam
esse, quam Græci magnam & felicē Ara-
biam dicunt: eius autem fines ad extre-
num Oceanum pertingere, cuius vrbs
Metropolis est Sabba. Hinc fama est, per-
crebuitq; opinio, reginam illam Austri ad
Salomonem venisse, vnde neq; à S. Tho-
ma neque Bartholomæo aut alio quopiā
Indiam hanc penetratam arbitratur Ni-
ceph. Affirmat verò eodem Constantino
Imp. Armenios iuxta & Persas, aliasque
gentes complures euangelium recepisse.
Edicto namq; publico iusserat Constan-

Hist. Trip.
lib. 3. cap. 2.
& sequent.

^{3. Reg. 10.}
Matth. 12.

F 4 tinus,

88 CONVERSIONIS GENTIVM

In Chro. & vi
ta Constantini.

tinus, teste Euseb. & Gentilium templo
passim euerti, & simulacra dirui, nomini-
que Christiano & fidei ecclesias sacrari.

Al. Alarico.

Saraceni & Ismaelitę & Gothi, illi qui-
dem regina Mania, hi autē regibus Phri-
tigerno & *Athanarico, Christum sapere
cōperūt Damaso Pont. Max. Valentinia-
no j. & Valente fratre A. A. anno, & quod
excurrit, ccclxx. Et initio certe Gothi in
Orthodoxia instituti sunt ab Vlphila Go-
thorum episcopo : lapsi verò sunt in Ari-
anisnum ignorantia potius quam malitia,
auctore Valente Imp. qui vt erat ab Eu-
doxio Arianorum episcopo baptizatus,
Arianorum semper partes agebat; & Go-
this flagitantibus sacerdotes ac episcopos
dedit Eudoxiū & Arianos alios. Sarace-
ni autem non admiserunt nisi Catholi-
cos; neque Moses eremita eorum primus
episcopus passus est, sc à Lucio Ariano,
vel alio quopiam non Catholico conse-
crari : vti produnt Socrat. lib. iiiij. cap.
xxxiiij. & sequent. Theodorit. lib. iiiij. cap.
xxij. & seq. Sozome. lib. vj. cap. xxxvij. &
seq. Niceph. Call. lib. xj. cap. xlvj. & seq.
Iornand. de rebus Geticis, Abbas Vrisper-
gens. Paul. Oros. lib. vij. cap. xxxiiij. P. Dia-
co.

I V M
empla
omini-
crati.
lli qui-
s Phri-
sapere
étinia-
z quod
othi in
ila Go
n Aria-
nalitia,
ab Eu-
izatus,
& Go-
scopos
arace-
atholi-
primus
ariano,
conse-
i. cap.
ij. cap.
xvij. &
& seq.
rsper-
P. Dia-
co.

co. lib. j. Cassiodor. hist. Trip. lib. viij.
cap. xij.

Iudæi in Creta à pseudopropheta, qui
sese Mosen mentiebatur, miris artibus
delusi, superstitioni nūcio remisso, Chri-
stifidei se subdidere, * Syricio (ni fallor) AL. Vrano.
Pont. Max. Valentinia. j. & Theodos. se-
niore A. A. anno, & quod excurrit, ccc.
lxxvij. Ut est apud Socrat. lib. vij. cap.
xxxvij.

Eodem tempore Burgundi sive Bur- Anno 385.
gundiones, Teutones, Scythæ, alia oc- secundum
casione, eadem tamen Dei Opt. Max. Ado. Vie-
nens.
prudentia optimè res mortalium dis-
pensantis, & (ut verbis S. Augustini
vtar) sèpe, imò semper, ex malis hominū
seu voluntatibus, seu actis, boni quippiam
elicientis, Christianæ religionis facti sunt
candidati atque tyrones. Quum enim
essent ferme omnes fabrilignarij, hacque
arte victimum quærerent, cætera ignauí &
socordes prorsus, inertiq; ocio dediti, ab
Hunnis sedibus pulli, transito Rheno, in
Galliis cis ultraq; Rhodanum confe-
derunt, vnde etiam Galliæ Lugdunensis
dicuntur. Sortiti sunt verò nomen à Bur-
gis & Vicis quos habitabant. Quum verò

F 5 despe-

90 CONVERSIONIS GENTIVM
desperarent de coloniis patriis recuperan-
dis, à Gallis Episcopos petūt, seseq; Chri-
sto nomina dare velle profitentur. Fre-
quenti siquidem relatu didicerant Ro-
manorum Deum seu Christianorum suis
cultoribus præsidio esse, atque ita sacro
fonte lustrati fidem Christianam haute-
nus sunt complexi, tenentque & obser-
uant enixissimè, presertim in comitatu ac
ditione regis Catholici D. Philippi. Edi-
tus tamen est nuper doctissimus liber in
Ducatu Burgundiæ, & à senatu Regio,
quod Parliamentum vocant, Regi Gall.
exhibitus, de vnica fide & religione, ad-
uersus vagam hæresēn licentiam cum
totius Galliæ exitio, nescio quo fato, quā-
ve Numinis ira concessam. Habuerunt
item apostolos præposteros, Arianos (in-
quam) testibus Grego. Turo. Aimoin. A-
don. Viennens. aliisque nonnullis, Valen-
te Imp. fortè ita obstetricante, suisq; Aria-
nis patrocinante. Verùm demum Cele-
stino Pont. Max. Honor. & Theodo. Iu-
niore A. A. anno plus minus ccccxx. ac-
curatè sunt orthodoxiæ vēdicati S. Fride-
lini Hiberniæ iuxta ac Scotiæ regis filij
religiosissimi mortaliū, discipulorumque

(nil)

Lib. 2. hist.
Chroni. de
fext. etc.

(nisi me fallit opinio) industria. Fuit certè
 D. Claudius tertius Archiepiscopus Bi-
 suntinus in Concilio Epannensi, Gelaf.j.
 Pont. Max. anno ccccxc. plus minus, &
 D. Nicetius secūdus archiepiscopus eius-
 dem sedis in Synodo Valentina Galliæ,
 Damaso Pōt. Max. anno, & quod est am-
 plius, ccclxxij. Primus autē archiepisco-
 pus Bisuntij fuit Anthidius anno plus mi-
 nus, cc. Scribunt porrò historici Burgun-
 dos, fretos fide percepta, redintegrasse in
 Hunnos bellum, atque ita diuina virtute
 hostibus superiores euasisse, multamque
 eis cladē intulisse. Vide mihi Paul. Oros.
 Cassiod. P. Diacon. lib. j. Hiero. & Prosp.
 Niceph. Call. Socrat. Volaterran. lib. iij.
 Geograph. Lazio in præfat. de migrat.
 Gent.

Hunni, al. Chuni, qui & Saberi & Aua-
 res, al. Abaris, è Caspiis mōtibus Albanis-
 que ac Caucasi rupibus, quibus diu olim
 Alexander Mag. eos, tanquam feras, im-
 manesque belias, velut cauea concluser-
 rat, tempore Valentiniani.j. A. erumpen-
 tes, numerosissimo pugnatorum exami-
 ne, id quod Hiero. quoq; memorat epist.
 ad Oceanū, totāq; penè Europā depopu-
 labundi

Lib. 7. cap.
 32. hist. Trip.
 lib. 12. cap. 4.
 de Valentia. in Chro-
 nic.
 Lib. 14. hist.
 cap. 40.
 Lib. 7. cap. 30
 de Callia
 Narbonensi.

92 CONVERSIONIS GENTIVM

depopulabundi peruagati Attila & Buda
 fratribus ducibus: deniq; Christianorum
 mansuetudine deliniti, & confuetudine
 humanioris vitæ ac sanctorum virorū mi-
 raculis permoti, in Christianam religionē
 transierunt, cum primis Theotimo To-
 mitano in Scythia episcopo Scytha apo-
 stolo, deinde D. Io. Chrysostomo rerum
 satagente: vti scriptis mandauit Niceph.
 Call. tametsi hos quoque Arianismo ma-
 culatos inquietat, & Ioannis Chrysost. ope-
 ra ad sanam doctrinam reuocatos anno,
 & quod excurrit, cccc. Arcad. & Honor.
 Impp. A.A. Innocent. Pont. Max. Idemq;
 Nicephorus prosequitur, quām acriter,
 pro officio, S. Ioannes Chrysost. inuectus
 sit in Ganiam Scytham ducē Arianæ fa-
 ctionis, apud principes Augustos pro tem-
 plis Arianis restituendis agentem, eamq;
 ob caussam perduellionem meditantem,
 quā interiit tandem. Iustinianus quoque
 A. Hunnis, Alanis, Abasagis, Zecchis, a-
 liisque circa Tanaim, Mæotidem, & Pon-
 tum Euxinum populis episcopos dedit,
 auctore Nicepho. lib. xvij. cap. xij. Eutro-
 Dio. Romæ quartum conuentus habiti
 inter Iudæos & Christianos superfide &

Lib. 12. cap.
 45. & lib. 13.
 cap. 3-4. 5. 6.
 & seq.

Lib. 2. de bel.
 Pers. §. de
 Iustiniano.

religione, præsentibus AA. Constantino Mag. & Helena matre. Denique Iudæi rationibus probationibusque Sylvestri, tum miraculis, huc adducti sunt, ut in sententiam Sylvestri concedentes, pedibusq; eius prouoluti fese Christianorum albo asscribi, suscepto Baptismi Sacramento, sponte permiserint, auctore Niceph. Call.lib.vij.cap.xxxvj.

Turcæ grauissima peste omniaque depopulante laborantes in Perside, edocti à Christianis stigmaticas cruces liquato atramento frontibus impressere, hacque ratione euidentes luem, vel inuiti coadi sunt Christo salutem acceptam ferre anno plus minus v. lxxx. Mauricio Imp. Grego. Papa: cuius item & precibus meritisque, tum diligentia, impendioq; Armeni, Gothi, Angli, aliique & alij dum schismatici, ad vunionem Catholicæ fidei coierunt; vti reperire est apud Niceph. Call.lib.xvij.cap.xx. Matth. Palm. in Chro. V. Bed.lib.j. hist. Angl. cap.xxij. & in vita S. Gregorij.

Similiter* Vandali, Suevi, Alani, Gepidiæ, Heruli, Quadi, Fráci, aliiq; Germani, ac Barbari, Gothis, Hunnis, Burgundionibus,

Al. Vindelic
stue Vindel-
lici.

94 CONVERSIONIS GENTIVM
nibus, Lōgobardis & cæteris populis Sty-
thicis permisi, alias atque alias in Chri-
stianorum ditionem & Romanorum fi-
nes facientes impressiones, tametsi om-
nes primū Christiani nominis osores in-
fensissimiique hostes fuerint, mirisq; mo-
dis ecclesiam fidemq; Christianam in an-
gustum redegerint; postremò tamen, par-
tim Valentini. j. & Theodo. senio. AA. té-
peribus, ac deinceps, partim Iustino, Iusti-
niano & Carolo Magno A.A.A. initio sa-
nè Arianismo, demū Catholicismo sunt
asserti; & Vandali quidem apud Maurita-
nos reliquosque Africanos, Suevi apud
Lusitanos, Franci apud Gallos, Gotthi
apud Hispanos, Burgundi apud Narbo-
nenses, Longobardi apud Italos magnæ,
ne totius dicam, nobilitatis fundamenta
iecerunt: denique quemadmodum ibidē
sedes, ita & fidei integratatem receperūt,
cū populi Christiani passim pietate, rum
sacerdotum & episcoporum eruditione
pariter & signis miraculisque permoti, id
quod historicis quam probatissimum est,
neque paucis, neque infimis, Victor. Vti-
cens. Procop. Cæsar. Iornand. P. Oros. P.
Diac. Niceph. Call. Blond. Flavi. Raph.
Vola-

Volaterran. Micha. Rit. Atque ita Gentiū migrationes , quas accuratissimè perscribunt præter alios Vvolfgang. Laz. Blond. Fla. Volaterr. neq; ipsis Barbaris incommodæ, neque ecclesiæ Christianæ fuere inutiles. Per eas cum boni probati, tū mali Christiani seu castigati , seu castigatione emendati sunt , vti libris xxij. D. August. P. Orosius libris septem , Saluianus Massiliensis octo libris demonstrant luce clarius meridiana . Demum cādem Dei Opt. Max. prouidentia, & fides Christiana ad barbaras quasque nationes , vti diximus , prorogata est , & secundum Prophetarum oracula, qui erant procul & toto orbe à Deo errantes & alieni, facti sunt propè: quibusq; olim dicebatur, Non populus meus vos , & , non misericordiam consecuti, repētē facti sunt filij Dei. Quā diligentem interim illis conuertendis & ad sanam mentem reuocandis nauarint operam Episcopi passim, Eugenius & alij in Africa , & vtraque Mauritania ac Numidia ; Leander Hispalensis, Isidorus, Arcadius, Probus, Paschasius, & Eutychius in Hispania; Lupus Trecensis, aliiq; in Gallia; Paulinus Nolanus, cæterique in Italia,

Orc. I. 2.
Rom. 9. 10.
& seq.
Deut. 32.
1. Pet. 3.

96 CONVERSIONIS GENTIVM

lia, annalibus adnotatum est. Quantum laboris impenderit S. Grego. Papa , reducendis ab Ariorum opinionibus Longobardis; quantopere Fulgentius * Carthaginensis episcopus studuerit demulcendis Vandalis; quantum sudarint Boëthius, Symmachus, Cassiodorus instituēdis Gothis, & alij aliquique aliis & aliis, alibi & alibi, eorum scripta abunde testatur. Ante tempora Gregorij Mag. fuit item S. Barbatus episcopus Beneuentanus, qui Longobardos pridem baptismo, Christianique fidei nuncupatos, & partim in heresim, partim ad idololatriam prolapso, pleniū solidiusque religione Christiana imbuit, Instino ij. Imp. Ioan. Pōt. Max. anno plus minus v. lxvj.

Persæ sære receperunt fidem, sære ab ea descivierūt. Evidem tēporibus apostolorum fidei illos inauguratos fuisse dudu diximus. Iterum Cōstantino Mag. A. eos vnā cum Iberis, Indis, aliisq; populis, Augusti studio fidem percepisse, aut certè principis Constantini præsidio in ea sibi fatis constitisse, historiis liquidum est. Nā quū * Sapor eorum rex innumeros Christianos gladio perpetuō cædi iuberet, adeo

Al. Ruspēsis.

Al. Saporēs.

adeò vt vno Parasceues ac Passionis Christi die sedecim hominum millia variis tormentis esse sublata memorentur, Constantinus Mag. vt non raro aliás, quum litteris nihil apud Saporem promoueret, hac vna de caussa bellum ei indicit. Vide mihi Sozome. lib. ij. cap. xj. Niceph. Call. lib. viij. cap. xxxvij. Cassiod. hist. Trip. lib. iij. cap. j. & seq. Theodorit. lib. j. & ij. hist. & lib. Philotheos, vbi illius sanctissimi & apostolici prorsus viri Iacobi episcopi Nisibini in Persia meminit, id temporis ibidem apostoli, Gennad. Sempro. Pallad. Simeon. Metaphraſt.

Nice.lib. g.
cap. 14. & lib.
15. cap. 22.

Denuò autem Persæ ad fidem redicunt Marutha Mesopotamiæ & * Ablate Petridis episcopis, Magis oppidò quā reluctantibus, Theodo. Iuniore & Valétin. iij. A.A. Innocent. j. Pont. Max. anno, & quod excurrit, ccccxiij. quod habet Prosp. in Chronic. Niceph. Call. lib. xiiij. cap. xvij. Socrat. lib. vj. cap. 8. Sigebertus, Hist. Trip. lib. xj. cap. 8. Ioannes episcopus Petridis fuit in Concilio Nice. j. Obiit quoq; Sapor quidam rex Persarum martyritum, vna cū Largo, Smaragdo & aliis, Dioclet. & Max. Imp. A. A. qui eousque in fidē

A. Abdiz,
vel Abdes

G Christia-

98 CONVERSIONIS GENTIVM

Christianam ferociebant, ut vno Soteriorum die omnes vbiue ecclesias (id quod egregie hercle imitati videntur Guesij nostri) dirui mandarint, quæ vix nouenio restaurari quiuerint: restauratas vero fuisse & augustiores & splendidiores, testimonium est zeli & Persarum atq; Sophorum in Deum pietatis, vti scribit Niciphe. Call.lib.xiiij.ec.hist. cap. xx. & Euseb. Cæs.lib.viiiij.cap. ij.

Saraceni iterum Alamudaro principe gregi Christiq; ouili asscripti sunt Anastasio j. Imp.* Ariano, Hormisda Pont. Max. anno aut circiter ccccxc. Neque hic prætermittendum, quod cum Seuerus episcopus Antiochenus à fide Apostata eis vellet suæ sectæ episcopos destinare, Deo consilium euertente, orthodoxi & Chalcedonensis Synodi assertores illis sint dati: quod refert Thcodorus Lector lib. ij. Eodem tempore Immerinos, Persis tributarios, & hactenus Gétiles aut Iudeos, fidem & episcopos accepisse asseuerat, & sanguine iunctos illi Reginæ Austriæ, de qua superius actum est.

Vindelicos, Pannonios, Noricos, Ruggos, Rhetios Viennenses Austriæ, aliosq; circa

Vide dein-
cep's Irenic.
Gaspar Bruss.

circa populos, Attilæ Hunnorum & O
doacris Italiæ regis ætate, Seuerino apo-
stolum agéte, ad Christum eiusque reli-
gionem vocatos comperio, Theodo. ij. &
Laz.

Valentin. iij. A. A. Pont. Max. Celestino,
anno, & quod excurrit, ccccxx. Erat autē
Seuerinus ille origine Afer, primò mo-
nachus, deinde Rauennatensium episco-
pus. Eius vitam descripsit D. Eugippus illi
contemporaneus.

Ergonia, Vindonissa, Constantia sta-
tim post tempora Constantini Mag. fidei
religionisque Christianæ ministros ha-
buere S. Paternum, Landonē, & eius scho-
læ alios, anno plus minus (quod semper
addiderim propter scriptorum varietatē)
cccxx. fuit autem primus Vindonissen-
sium, idemque Constantiensium episco-
pus S. Paternus; aut, ut alij volunt, anno
cc. Zepherino Pōt. Max. Antonino Cara-
calla Imp. Seueri Imp. filio. Nōnulli Chu-
riēsium, Bauatorum, ac Rhetiorum apo-
stolum fuisse Lucium presbyterum mart.
contendunt; alij Simonem Cyrenensem
patrem Alexandri & Rufi crucis cū Chri-
sto baiulatorem: quidam Lucium quen-
dam alium: nam multi Lucij fuerunt.

G 2 quic-

Contract. Se-
bast. Müster.
Albert.
Crantz. De-
mochar.
Wolfgang.

100 CONVERSIONIS GENTIVM

quicquid de nomine sit, apostoli siue preconis euangelici istuc verum est, Auguste & alibi apud Vindelicos Christi euangelium fuisse deprædicatum, primumque Vindelicorum & Augustanorum prælulum extitisse S. Sosimum, qui & Dionysius, S. Narcissi patriarchæ Hierosolymitani discipulum, anno plus minus cc. xc. Pont. Max. Marcellino. sunt graues auctores.

Bulgari Scythæ, inter Danubium siue Istrum & Pontum Euxinum, confidetes, Serbi, Bosnenses, Rascij Croatæ, Illyrij, Dalmatæ, aliquæ Sclavi, quanuis anno viij. xl. Nicolao Pont. Max. Michaële & Theodora matre AA. Orientis, Lothario Imp. Occidentis, opera S. Ioannicij Mag. Methodij atque Cyrilli episcoporum, quod habent Blond. Fla. Deca. ij. lib. ij. Mart. Chromer. Regino, Volaterr. in hist. Imp. Constant. & lib. viij. Geograph. § de Mæsia. Niceph. Call. lib. xxij. & xxvij. tametsi inquam id temporis ad fidem venisse videantur, & quidem animis ita feruentibus, vt Bulgariæ Rex abdicato regno monasticen sit professus, Sueropilus Rex Dalmatarum ad baptismum conuolarit,

Verū hi duo
libri Callisti
desiderantur.

uolarit, de schismate tantum ad orthodoxiam reuersi modò sunt intelligendi; sicut & Ruteni qui Leone vj. Imp. Adriano ij. Pót. Max. anno viij. Ixix. Omnes si quidem isti diu olim vna cum Pannoniis, Dacis seu Danis, Mæsiis, Macedonibus, Thracibus aliisque vicinis gentibus religionem Christianā percepisse aut ab ipsissimis apostolis, eorumve discipulis existimandi sunt. Et de Dalmatis, Illyriisque ex diuinis literis constat; de Pannoniis vero ex vetustissimis quibusq; Synodis Nic. j. & aliis.

Churiensium primus præsul fuisse traditur Azimo qui interfuit Synodo iiiij. œcu. Chalcedonensi, Leone j. Pont. Max. Marciano A. anno, & quod excurrit, cccc. lij. Nemetum atque Spirensium dudum ad fidem vocatorum primus antistes fuit

*Theffis, Vangionum & Vvormaciësum Al. Iessis. Victor, qui affuere Concilio Agrippinen- sij. anno cccxxxvij. Iulio Pont. Max. Con stantino M. A. id quod ex Synodo illa & Chronicis Hiero. & Democh. & Gaspar. Brussch. perspicuum est, ut reliquos transca.

Scandia siue Scädinauia tribus amplissimis potentissimisq; regnis distincta Go-

G 3 thia,

102 CONVERSATIONIS GENTIVM
thia, Suecia, siue Sueonia, ac Noruegia, a-
pud Hyperboreos extremosque Septen-
trionales, primum quidem euangelij gu-
stū percepit tenuiter, Valeriano ac Publ.
Licinio Galieno, & deinceps Valente
Impp. id est ab anno cclvj. & ccclxxix. si-
cut & Dania citerior & Saxoniam, deinde
iterum apostolos naecta est Iustino ij. A. lo
an. ij. Pont. Max. anno, & quod excurrit,
v. lx. eodem quo tempore Longobardi
relietis sedibus propriis, exteras quiescerūt,
Italiāmque sunt ingressi, solicitati à Nar-
fete Eunucho, iniuria à Sophia Iustini
Imp. vxore affecto: quam historiam com-
plures referunt. Eam verò religionē istic
seruatam absque labe, vsque ad M. Lu-
theri, orbis Christiani contagionis pesti-
lentissimæ ætatem, locuples testis est Io-
annes Mag. Gothorum archiepiscopus
Olai Mag. nepos, in præfat. hist. cap. iii.
Matth. Palmer. in Chro. Nicepho. Call.
lib. viij. cap. xxxij. Magnam diligētemq;
operām commodarunt ei regno in fide
retinendo S. Sigfridus episcopus Ebo-
cēsis, & Olaus rex Noruegiæ, cuius Crā-
zius mentionē facit. Alibi quoque Ioan.
Mag. Gothicus scribit, vti & Crantz. Go-

Lib. 4. cap. 31
& lib. 17.
cap. 1.

thiam Christi militiae asscriptam fuisse, cū rerum potiretur Carolus Mag. A Profecto Gothos Valente Imp. Arianismum hausisse, Socrate, Sozome. & aliis testibus antea probatum est. Quum enim Goths Hunnique mutuis dissidiis & simultibus confligerent, & Gothos Valens sibi vellet demereret, legiones Thraciae eis auxiliares misit: quamobrem obtenta victoria beneficium officio recompensare (vt apparet) volentes, sese Imperatori militaturos spondent, episcopos Christianos petunt, vti diximus; demum ad ingenium redeunt, Thraciam inuadūt, Valenti inermi & absque milite bellū inferunt, eumque in casa repertum exurunt: & certe istuc nemo inficiabitur, Theophilū Metropolitanum archiepiscopum Gothiæ Syluestro Pont. Max. Constantino M. Imp. affuisse Concilio Niceno j.

Saxonia reliquaque Germania iugum Domini suave subierunt Sergio j. Pont. Max. Iustiniano j. A. apostolis S. Vvillebrordo Britanno, Vvilfrido Lindfamen- si episcopo, Vvulfranno Senonensi, Vvil- lehado Anglosaxone, Echberto Ebora- censi episcopo F. Eadberti Nordhumbrorū

G 4 regis,

104 CONVERSIONIS GENTIVM
regis, vti apud Reginonem, Marcellinum
hist. Vvillebrordi discipulum, nostrumq;
Surium legere est, anno , & quod excur-
rit, cccccxxvij.

Fridolinus Scotiæ atque Hiberniæ re-
gis filius pòst, votorū cauſſa, multas pera-
gratas prouincias (vti cum primis religio-
fissimè fieri solet) in Galliis primū apud
Pictauos S. Hilario episcopo , postea ad
Belgas diuertens prope Mosellam , vna
cum Leodegario Franco; inde Argenti-
nā, Churiā, Rhetiam, Burgūdiam, Basileā
pertrāsiens ad Sequanos tractū Rheni se-
cutus euangelium passim diuulgat, co-
nobia extruit , sacra fana ædificat , anno
plus minus ccccxl. Vixisse scribitur usque
ad S. Remigij Rhemensium episcopi &
Clodouæi primi Christianissimi Franco-
rum regis tempora. Et certè quemadmo-
dum persecutioſes ſæpe fuerunt cauſſa,
cur multi huc illuc in peregrinas regio-
nes fugerint , & ad exterios euangelicam
fidem deportarint; ita crebrò (præfertim
Scoti, Angli, siue Britanni) olim dum aut
terram sanctam, quam dicimus, aut apo-
ſtolorum limina visitarunt , passim euan-
gelio prædicando seruiebant. Sic utroque
tem-

tempore & pacis & belli, Deus, quia omnipotens est, potest; quia bonus est, vult; quia prudens est, nouit bene utrumquid facere.

Frisia, Saxonia citerior, *Vvestphalia, Si-
cambria seu Nusia quæ nūc Geldria, Cli-
via, Iuliacum siue Menapium, totus ager
Traiectensis qui Rheno alluitur, Betua
siue Batua, olim Batauia quæ nunc Hol-
landia, Vvalachria Mattiacorum, quos
vocat Strabo & Cor. Tacit. quæ iam Ze-
landia appellatur; omnes, inquit, hæ pro-
uinciae fide Christi illustratæ sunt, com-
modante suam operam S. Vvillebrordo,
Lebuino, Vverentfrido, Luitberto, aliisq;
eius farinæ viris religiosissimis, qui, Saxo-
nibus siue Anglis, quos diximus superiùs,
Britanniam deuastantibus, immanemq;
in Christianos tyrannidem excentibus,
verso solo, patriaque exulantes, huc se se-
recepunt, Sergio Pont. Max. Iustiniano
j. A. & Pippino Fraco imperantibus, anno
plus minus v. xl. vti ex Albert. Crantz.
Marcellino S. Vvillebrordi contuberna-
li, Vsuardo in suo Martyrologio mani-
festum est. Primus Traiecti ad Rhenum
antistes fuit S. Vvillebrordus, Iuliacensiū

Al. Vvestphalia
lia, id est occi-
dentalis Gal-
lia.

G 5 verò

VM
inum
umq;
xcur-
iæ re-
pera-
ligio-
apud
ea ad
, vnà
genti-
asilea
enise-
, cœ-
anno
vsque
opi &
anco-
dmo-
aussa,
regio-
licam
ertim
m aut
capo-
euau-
oque
tem-

106 CONVERSIONIS GENTIVM
verò multò pòst anno circiter m.cxl.S. Adelbertus, quod adnotant Seb. Munster.
& Democh. Bataui à Cattis, Cerusiis &
Ligiis Hungariæ, Pannoniæ que populis
originem ducere, quibusdam putantur:
& sanè Catticus siue Catterum vicus apud Hagam Comitis, in ripa Oceani Britannici in Batauis non paruo est argumento ad faciendam fidem eius rei quam dicimus, præter alia vetustatis monumenta plurima quæ isthic visuntur.

Lupold.
cap. 2.

Frisones nanque & Saxones multò antè quoque apostolos accepisse S. Hildegarium & socios Clodoueo Francorum primo rege Christianiss. Anastasio Imp. Symmacho Pont. Max. apud Regino reperiē est. Demum iisdem apostolus adeoque & martyr isthic consecratus est S. Bonifacius Maguntinus episcopus.

Nauaram, Pompeopolim nunc Pamilonam, Vascones qui ad radices Pyrenæorum montium habitant, gentem effram, & plusquam barbaram, olim vñà quidem cum reliqua Gallia Christum vñcumque didicisse non ambigo: S. Amandum verò ad mansuetioris vitæ confitudinem reduxisse; sicut & Sclauos vla-

tra

tra Danubium; auctor est D. Milo monachus S. Amandi, anno, & quod excurrit, vj. lx.

Flandriam,* Brabantiam, siue, ut olim, Al. Bracbau-
Mempiscum, Ambactos, Bennuos, Ad- uam,
uaticos, Ambuaritos, reliquosque Belgas,
ut erant ditionis Gallicanæ, præter eos
quos memorauimus, religiosissimos mor- tales adeptos esse apostolos ex Francorū regum stemmate, ita accipe.* Hilderico Al. Childe-
rege cū ob inertiam, tum luxuriam, alia- rico
que vitia hac dignitate indigna, regno exuto, & monasterio mancipato, Pippi-
nus, maior domus, omnium calculis, suf- fragiisq; surrogatus, & ab Zacharia Pont.
Max. confirmatus est, cūm ob res domi militiæque fortiter gestas, tum ob studiū religionis Christianæ, teste D. Lupoldo (in aureo illo libello De zelo veterum principum Germ.) Adone Viennens. a- liisque plurimis, anno plus minus vij. x.
Is vxorem Bertam Heraclij Imperatoris Constantinopolitani filiam duxit, ex eāq; Carolum Mag. suscitauit, siquid Vincen-
tio tribuendum est. Soror illi fuit Amel- In Speculo
berga nupta Comiti Brabantensi* Vvit- his.
gero. hinc numerosa eaque sanctissima Al. Arnul-
foboles pho.

108 CONVERSIONIS GENTIVM

soboles nata est , Emebertinus Camera-

Al. Arnoldus censium,* Arnulphus Metensium præfū-

les fratres , S. Gudula , Reinildis & Pha-

Al. Amelberg raildis germanæ sorores.* Amelburgæ so-

ror fuit S. Gertrudis quæ apud Niuellen-

ses sacrarum Vestalium Monasticen in-

stituit: Pharaildis Gandauum dedicauit,

suisq; virtutibus celebrauit: Aldegūdis &

Vvaldetrudis neptes, quarū hæc Montes;

S. Gudula agrū Aloftensem consecrauit.

Nā quū prope Aloftum in pomæriis sub-

urbanis, apud pagū Mortzellanū, suū O-

ratoriū eremitico more & ædiculā habe-

ret, stupēda ibi sanctimonia claruit, mul-

tisq; signis: demū etiam in vico Ham vita

functa est. Illic Carolus Mag. A. Imp. de-

posito diademate Deū Opt. Max. ad me-

moriā S. Gudulæ adorauit, soluit vota, im-

plorauit eius fidē opemq;. Postremò mo-

nasteriū illic Virginū Deo dicatarū insti-

tuit atq; dotauit, quod Nordmannis Da-

nisq;, irruptionem in Belgium facienti-

bus, deuastatum , à Ludouico pio Caroli

Mag. filio instauratum auctumque est.

Alostanus comitatus , ille , ditissimus

agri (habet enim sub se ciuitates treis, pa-

gos vastissimos opulentissimosque lxxij.

adeo-

ad eo que ipsi Cameraco iura dicit, alio-
qui Imperiali & liberæ ciuitati, imò quā
sibi hoc tantum titulo afferuit Carolus
Quint. A. quod Alosto principaretur) eu-
angelij præconem, cum primis S. Aman-
dum, deinde eius in fide alumnum S. Vrs-
marum habuit, anno, & quod excurrit,
vj. lxvij. Iustinia. Imp. Leone iij. Pont.
Max. Habebat sacrā casulam & tuguriū
ad mœnia S. Vrsmarus, vbi postea cœno-
bium S. Vrsmaro initio, deinde S. Guiel-
mo est nuncupatum: id quod à Nordmá-
nis item exustum dirutumq; fuit, & intra
muros deniq; transpositū; vti in archiuis
eius cœnobij memini me legere puerū.

Gandauensibus, Brugensibus, cæteris-
que seu Flandris, seu Brabantis eodem
tempore à S. Amando, Bertulpho, * Alloui-
no, siue Bauone, Louato, Bertino, Flore-
berto, Andrea, Ioanne, Humberto, Mau-
ronto, aliisque S. Amadi collegis, depræ-
dicatum est. Neque mihi hic est omitten-
dum, S. Amandum, more apostolico, infi-
nitas virgines passim sacro velamine a-
micuisse, ac ecclesiæ fundauisse; discipu-
losq; eius deinceps plurimas, ordinisque
S. Benedicti (qui tum in primo flore erat)
mona-

Al. Leuino.

Theopse.

110 CONVERSIONIS GENTIVM
monasteria non pauca, vti ex Milone, Su-
rio, & cœnobitarū archiuis, satis superq;
probatum est. Collegæ S. Amandi fuere
Arbogastes & Pyrminius Angli. Antuer-
pia atque Mechlinia tunc vici, hoc ma-
gis mihi probantur, aut ab episcopis, Ca-
meracensi Emebertino, & Metensi Ar-
nulpho fratre germano, aut ab ipso S. A-
mando fidem religionisque Christianā
didicisse, quo magis Tamisia media inter-
vtrunque pagum fuit, vbi Amelbergam
finem vitæ fecisse, & sepulturæ locū de-
legisse manifestum est. tametsi Mechli-
nienses insertos Christo S. Rumoldo epi-
scopo auctore Dauidis Scotiæ regis filio
circa annum, & quod excurrit, vj. Dago-
berto ij. Francorum rege, Pippino duce
ac maiore domus, sicut & Lirenses Gom-
maro comite S. Rumoldi familiari rerū
satagente (quem alij è Britannia, alij ex
Pippini genere oriundum faciunt) certo
certius sit. Neque id temporis hīc, id est,
in Belgio, fidei religionisque seriem ceu
filum cœpisse telamve cultus Christiani
(vt ita dicam) adduci possum vt credam,
quum vel ex Philippici, vel Anastasij ij.
vel profecto Leonis iij. Isauri literis, circu-
lari

laribusque editis, iconomachiam passim
in Belgio exertam fuisse sub eadem tem-
pora, & isto nomine & abbates & episco-
pos aliosque pietatis Catholicæ studio-
sos morte obiisse, Christ. Massenus, Meyer.
aliique affirment.

Augustalis ac palatina Bruxella S. Gau-
gericum tanquam suæ fidei paedotriben,
& archididascalum colit, S. Amandi fi-
dum in agro Dominico excolendo Acha-
ten. vnde & vetustissimum totius vrbis
templum eius nomini est dicatum. Flo-
ruit, si historiæ fides habenda est, anno
ccccclxix.

Principium est (ut sic loquar) maxime-
que demonstratiuum argumentū, quod
me monet, quo autem per vniuersum
Belgium, potissimum à tempore Clodo-
uei anno cccclxxxv. ac inde hactenus Ré-
pub. Christianam accuratissimè fuisse or-
dinatam, ecclesiæ Hierarchias elegantis-
simè compositas, fidem religionemque
adamussim obseruatam, quod Clodo-
ueus tot tantisque conatibus, ac deinde
Carolus Martellus, Pippinus, Carolus
Mag. zelo religionis Gothos, aliosq; Bar-
baros Italia, Saracenos Hispania exturba-
barint.

barint. id quod produnt Grego. Turo. Ado Vien. Regin. Gagui. Aimoin. Turpin. Lupold. Sigebert. Neque mihi persuaderi sinam religiosissimos mortales illos tantum ab rebus suis ocij habuisse aliena ut curarent, sua negligenter, nisi iam tunc hic esset bene cultus ager, nisi prius proprio priuatoque horto zizania quæq; noxia deinessissent.

Vide Seb. Mü
tier. Gasp.
Brussch.
Anton. De-
moch. Lau-
rent. Franc.
Matth. Pal-
mer. Sigebert.

Vvertzéburgensium ac Herbipolensiū primus antistes sacratus est S Burchardus Britannus, S. Bonifacio sanguine iunctus Moguntinensi episcopo, & in pædagogio Christianæ pietatis alumnus anno, & quod excurrit, vij. xl. Leone Isaurico & Constantino. F. A. A. Iconomachis, Pippino & Carolo Mag. Francorum regibus, Zacharia Pont. Max. Hic episcopatus præter optimas lautasque donationes Régū Galliæ, etiam Franconiæ ducatu & Voitlandiæ potiori portione, Grego. Papa, ditatus est. Docuerat Herbipoli & per cunctam antea Franconiam S. Quillianus Scotus cū sociis anno, & quod excurrit, vj. lxxx. Conone Pont. Max. Heraclio Imp. illuc episcopus destinatus; vt habent Sigebert. Fracisc. Irenic. lib. iij. cap. lxxvj. exegeseos Ger.

Germaniæ Christ. Mass. lib. xiiij. Æneas
Sylui. Herman. Cōtract. Fasciculus temp.
Crantz. Io. Schom. Eistettēsibus siue Ay-
chistandianis & Aureatensibus primus
præses sacerqué antistes à S. item Bonifa-
cio datus est S. Vvilibaldus S.* Richardi
regis Britanię & S. Bonnę filius, Constā-
tino. v. Pogonato & Irene matre A. A. O-
rientis, Carolo Mag. Occidentis Imp. A.
Adriano j. Pót. Max. cuius decreto septi-
mum Concil. Oecumenicū Nice. ij. con-
tra Iconomachos ab episcopis ccclxvij.
coactum est, S. Tharasio patriarcha Con-
stantinopolitano, nomine sedis apostoli-
cæ, vnā cum aliis, præside; vt habet Photius
patriarcha Constant. & Niceph. Call.
Tom. xx. aut certè Leone iij. Pont. Max.
Vvilibaldus episcopatum hunc adiit an-
no plus minus vij. xcvj. vti ex iis quos ci-
tauimus conspicuum est.

Episcopatum Elziensem siue Aulicen-
sem siue Hildesheimēsem fundauit do-
tauitque Carolus Mag. firmavit & pari-
ter auxit Ludouicus F. cognomēto Pius:
primum eius flamē episcopale fuit* Gun-
therius anno circiter vij. Stephano iij.
Pont. Max.

A. Richare-
di, quod no-
men Regibus
Hispania ad-
modum olim
fuit familiare;

AI. Guntha-
rius

H Sta.

114 CONVERSIONIS GENTIVM

Stalinstantensem seu Halberstadensem episcopum primus egit S. Hildigri-nus fra. S. Luderis anno circiter viij. lxxxij. auctore Leone iij. Pont. Max. Carolo M. Imp. A.

Verdensem episcopatum primus om-nium administrauit Svitbertus mon-a-chus Anglus eodē ferē tempore, iisdem-que cum ecclesiæ, tum imperij Satrapis, cui episcopo aliquot abbates Scotti suc-cessere anno, & quod excurrit, viij. lxxvij.

Eodem æuo Paderbornenses S. Hari-marium siue Hadumarium episcopum sunt cōsecuti, anno viij. lxxvij. aut circiter.

Itē fundatore Carolo Mag. A. Mi-mi-gardenium, nunc Monasteriensium, epi-scoporum series cœpta est, consecratusq; primus episcopus S. *Lungderus: id quod apud eosdem scriptores testatum est.

Eadem tempestate Mindenses S. Her-nibertum:

Osnaburgenses S. Vvilionem genere Frisiū:

Bremenses S. Vvillehaldum:

Hamburgēses S. Heridagū, monachos vītē probitate claros, episcopos sunt nacti.

Deinde anno, & quod excurrit, viij. xljj.

Al. Luderus.

I V M
staden.
il digri.
. lxxxj.
olo M.

us om.
mona.
isdem.
atrapis,
oti suc.
lxxvj.
S. Haf.
copum
circiter.
Mimi.
im, epi.
cratusq;
id quod
est.
S. Her.
genera

onachos
nt nacti.
it, viij.
xlij.

xlij. Hamburgensium & Bremensium
dioceses in extremis Saxonibus confi-
nioque Sclauoniæ apud Nordalbingos
in unum archiepiscopatum Bremensem
coierunt ; primusque archiepiscopus fuit
designatus S. Ausgarius ; cui vita defun-
cto, surrogatus est S. Rembertus. Ausga-
rius Ericum iij. Daniæ regem conuertit.

Suetia siue Sueonia * Berone rege, Ca- AL. B. P. 1000
rolo M. Imp. & Ludouico AA. S. Ausgarij
monachi industria ouili Christi accreuit
anno, & quod excurrit, viij. lix. Deinde E-
richo Stenchillo principe, postremò rege
S. Olao qui primus ferè isthic Rex Chri-
stianus scribitur, anno, & quod excurrit,
ix. xxxviij. Ottho. j. A. Martino iij. Pont.
Max. quod scribit D. Io. Mag. Gotth. lib.
xvij. cap. ij. xv. xvij. & sequent. Democh.
Lazijs, Lupoldus item.

Nordmanni quum dudum, nō solū
in Galliam Belgicam, verumetia in vni-
uersam reliquam Galliam, imò Italiam
fuissent grassati indignis modis ; denique
Hiero. principe primū, Ludouico pio
A. Eugenio ij. Pont. Max. anno, & quod
excurrit, viij. xv. deposita barbarie ad mé-
tem Christianam venerunt, teste Mich.

H 2 Ritio.

116 CONVERSIONIS GENTIVM

Ritio. Horum, s̄æpe in Belgium excurren-
tium, cauſa, Carolus Mag. Ludericum
Harlebekanum secundū Flandriæ Han-
noniæque Forestarium comitem perpe-
tuum creauit de Marka, filiusq; officium
pariter & ditionem hæreditariam fecit,
vt limitanei custodis, vel præfecti instar
arces passim extrueret, ac perpetua præsi-
dia haberet arcendis Nordmánis, uti La-
zius perhibet, Meyerius, Sigebert.

Verùm, auctore Flacco Horat.

*Naturam expellas furca, tamen usque re-
currit:*

Nordmanni fidei renunciant, denud
prædæ inhiant, sacrilegia admittunt, in-
gentem stragem Christianorum machi-
natur: quid plura: Carolus iij. cognomen-
to Crassus, Carolomanni (ut vult Blond.
Fla.) frater, Rotifredo Nordmannorum
Regi demerendo Gislam filiā Regis Lo-
tharij fratris vxorem dedit, atq; Frisiā
vniuersam dotis loco; sicque cum suæ fi-
dei religioniique Christianæ vindicauit,
anno viij. lxxxij. Deinde Carolus Balbus
rex Gallicæ Franciæ filiam suam Rolloni-
duci Nordmannorū hac lege, vt se Chri-
stianum fore voueret, spoondit, anno, &
quod

Decad. 2.
lib. 2.

•. 181

H

V M
urren-
ricum
Han-
perpe-
cium
fecit,
instar
præsi-
ti La-

que re-
denuò
nt, in-
machi-
omen-
Blond.
orum
ris Lo-
risiam
suæ fi-
cauit,
Balbus
Colloni
Chri-
ano, &
quod

THEATRVM. 117
quod excorrit, viij^c. Ixxxiiij. eidéq; Nord-
manniam in regno suo in feudum tenen-
dam decreuit. Denique Henricus j. A.
Nordmannos Danosque in ordinem ab-
solutissimè rededit, vti apud annales Frac.
Vincent. Lupoldum Bebemburgium fu-
sissimè tractatur. De ferocia Nordmåno-
rum habetur vij. q.j. Sciscitaris, & de con-
se. dist. j. Concedimus.

Lib. 25. cap.
53. & ieq.
Lib. de zelo
cap. 2.

* Eruli mercede pecuniaque condu- Al. Heruli
cti ab Imperatore Iustiniano j. A. se se fidei
Christianæ submiserunt anno plus minus
ccccxxx. Pont. Max. Vigil. quod habent
Procop. Cæs. Euagri. Scholaſt. lib. iiij. cap.
xx. Eulos, Vvendos, Rigos denuò prola-
psos restituit religioni Vvaldemarus Mag.
in catalogo regum Danemarcorum nu-
mero lxxvij. vt est apud Vwolfgang. Laz.
lib. ix. de Marcomannis.

Russi siue Rugi, Prussi siue Pruteni, Ru-
tenis vicini, & Moschi siue Moschouitæ
facti sunt Christiani cum Basilio, tum Io-
anne Zunisce Impp. anno, & quod excor-
rit, viij^c. lxv. Ioanne viij. Pont. Max. Quū
enim viderent librum Euangeliorū igni
admotum virtute diuina nō cremari, de-
diderunt se se Christo. Refert Io. Zona.

H 3 Tom.

118 CONVERSIONIS GENTIVM

Tom. iij. Lambertus Scaffnaburgensis dicit à Benedicto v. Pont. Max. & Ottone j. Imp. D. Adelbertū illis erudiēdis destinatū anno plus minus ix^{c.} lx. Vide Hermoldū presbyterū, qui scripsit Chronica Sclavorū, ante annos aut circiter iiij^{c.}. Danorū rex Haraldus vnā cū regina Mogūtię Baptismū Christi suscepi, Ludonico pio A. & vxore eos de fonte leuantibus. Misitq; Imperator S. Ausgariū Hāburgēsem, Galilū, Magnū, Orthomarū, Ioannē, Martinū, partim Constantienses episcopos, Viterbū, ac Thossonē Augustę episcopos, Vdalricum, Cunradum, aliosque partim Sueuos, qui Boēmiam, Hungariam, reliquāq; Germaniam ad fidem, vnde descuerat, reducerent, anno, & quod excurrit, viij. xvij. Pont. Max. Leone iij. quod habent Lupold. Chroni. Martin. Vvolfgan. Laz.

In Saxonia
certe fuisse
deprædicati
Euangelium
Decio Imp.
A. ex historia
Thryphonis,
Refūcij, Tri-
buī, & Nyn-
phæ martyru
manentium
etc.

Apud Boios, siue in Boia, vel Boaria quæ nūc Bauaria est, domitis sēpe rebelli-
bus Saxonibus, cūm rerū tandem potiretur
Carolus Mag. studēs magis fidei religio-
niq; Christianę, quā imperij terminis am-
pliādis, omnibus populis, quos sibi subiu-
garat, illico episcopos, flamines, sacrosque
myſtas dedit caechizādis rudibus, iis qui
pri-

IVM
ensis di-
tthone
is desti-
Hermol
ica Scla
Danoru
itię Ba-
o pio A.
Misitq;
em, Gal
Hartinū,
Victer-
s, Vdal-
im Sue-
liquaq;
ciuerat,
it, viij.
habent
nn. Laz.
Boaria
rebelli-
otiretur
religio-
nis am-
i subiu-
crosqué
s, iis qui
pri-

pridē instituti fuerāt toborandis. Magnā
hic operā nauarunt Ludgerus episcopus
Monasteriēsis, Vilebaldus Bremens. Hil-
degernus Alberstadensis prius Catalanē-
sis, Lynderus frater Hildegerni Mūdegar
nordēsis, & Vvilebrordus cū suis, & paulo
antē S. Rupertus episcopus Vvormaciēsis
ad Boios pfectus, iūctis sibi xij. monachis,
quos huc illuc apostolos ordinavit, pri-
musq; episcopus Iunaniæ, quæ nūc Saltz-
burga, creatus est S. Rupertus Theode-
berto rege Francorum, Phoca Imp. A. Sa-
bino Pont. Max. anno, & quod excurrit,
vj. Vide Democh. Gasp. Bruss. Seb. Müst.
Laz. Lupold. Mich. Rit. Crantz. Regin.

Idem studium impenderunt conuer-
tendis ad fidem Carinthiis, Carnis, Tau-
riscis, Styris, aliisq; Herulorum ac Mar-
comannoū reliquiis, S. Ruperti Franci
quem diximus discipuli Giselaricus, Vvi-
lo ac Sodomus ex Bois oriundi; itē Cor-
binianus, Emerannus, Bunifridus Angli;
Bonifacius qui & Vvvinbaldus, & Vvili-
boldus Scoti, Doningus, Modelhatius,
Modestinus, & S. Virgilius episcopus Iu-
nanensis Teutones. quos memorat La-
zius in præfat. de migrationibus Gent.

H 4 Danis,

120 CONVERSIONIS GENTIVM

Danis, Vindis, Saxonibus, Sclauisque iterum iterumque prædicatum fuit, primùm Pippini & Caroli Mag. temporibus per S. Heridagum, ut refert Irenic. secundum Ludouico Pio A. per Ausgariū; tertium per Helmannum Otthone j. Imp. anno plus minus ix^{c.} xl. quod notat Herman. Contract. postremum Boleslai Boemiae Poloniæq; regis anno circiter m. xij. Otthone iij. Imp. A. Grego. v. Pont. Max. ut testis est Martin. Chromer. lib. iij.

Poloni seu naturæ ad virtutem procluuioris facilitate, seu Dei naturæ præsidis præueniente gratia, solo relatu eorum qui in Boemia atq; Moravia & alibi religiosi Christianæ ritus viderant, abdicato paganismo, sese Christo deuouerunt, rege Miecislao, Otthone j. Imp. Ioan. xij. Pct. Max. quod testatur Chromer.

Danorum Rex Haraldus cum omni populo suo & vxore & liberis anno, & quod excurrit, vij^{c.} lxxxiiij. Carolo Mag. Christo fidem & nomen dedit: sed mox versa in seditionem plebe, non nisi mutua cædere rem composuerūt, & nunc quidem bonis, nunc malis cedendum regno fuit. Usque adeo nec bene conueniunt,

Lupold.
cap. 2.

Lupold.

niunt, nec in una sede morantur

Religio & superstitione, fides Catholica & hæresis apostatica. Quid opus est multis? post particidia, post sacrilegos incestus, post flagitia infinita, tandem Haraldus Danorum rex Otthoni j. sit supplex cum uxore & liberis & populo vniuerso, suscep-
toque baptismo renunciat idolomania; & ita tandem vicit vim veritas. Quam
cruenta s̄æpe fuerit in vtranque partem
victoria, cùm in Dacia, tum Suevia, tum
Noruegia, his quidem in orthodoxorum
partem, illis in hæreticorum factionē in-
clinatis, apud Crantzium cernere est.
Eadem de Saxonibus apud Sigebert. & al-
ios, de Angliis apud V. Bedā, de aliis aliis
que apud alios aliosque comperimus.

Rugi post defectionem diutinam à fi-
de, denuò inserti sunt & in catalogū Chri-
stiani nominis relati, rem promouēte He-
lena regina, quæ ab Otthone j. A. missa
legatione cupiuit sibi, suoque populo de-
stinari episcopos, reliquumq; clerū illinc
non ita pridem profligatum. usque adeo
virtutem odimus præsentem, absentem que-
rimus inuidi. Ut frequenter, occulto
Dei iudicio, vero quidem & iusto, quan-

*Vt in opere
Apologeticō
de industria
demonstra-
bimus propi-
tio Numine.*

H s tumuis

VM
sque
, pri-
ribus
ecun-
, ter-
Imp.
Her-
Boë-
n. xij.
Max.

rocl.
esidis
n qui
ligio-
to pa
, rege
Pöt.

omni
o, &
Mag.
mox
mu-
cqui-
n re-
onue-
ziunt,

122 CONVERSIONIS GENTIVM
tumuis duro, nobis nescientibus, nihilq;
tale cogitantibus, & altum dormientibus,
eueniat; quod diuinis oraculis praesagitum
est: Ego ad emulationem vos & inuidiam
concitabo, ipsi me prouocauerunt in eo
qui non est Deus; & ego eos prouocabo
in eo qui non est populus, & in gente stu-
ta iritabo eos. Felices proinde & terque
quaterque beatos ego censuerim omnes
eos qui fidem moribus similibus profi-
tentur, fideique perpendiculo respon-
dentibus,

Deute. 32.
Rom. 9. 10.

Bona si sua norint

Christicole.

O cæcas hominum mentes & cælestium
inanis.

Profectò D. Saluianus Massiliensis-
piscopus eodem argumento & scopo tra-
ctans de vero Dei iudicio & prouidentia
octo libris, quo vel Augustinus Afer xxij.
de Ciuitate Dei, vel Orosius Hispanus se-
ptem, quum multis rationibus probatio-
nibusq; disseruisset totius Galliæ, Belgij,
Italiæ, Hispaniæ, Africæque per Barbaros,
Hunnos, Gothos, Vandalos extremâ de-
populationem, non nisi Christianorum
viciis, iustoque Dei iudicio acceptam re-
ferre

ferre deberi; denique præter alias caussas hanc quoque non minimā esse asseuerat deuastatæ Africæ rationē, quod Afri monachos & quoscunque religiosos attorsive aut ex Aegypti cœnobiis, aut sacris Hierosolymorum locis, aliisque eremi ac solitudinum monasteriis in Africam forte traientes, velut noua & nunquā ante visa portenta ac monstra exhibilarent execrarenturque, & sannis ac dicteriis multigenisque prosequerentur iniuriis. Neque aliter ego iustum illud Dei iudicium, quo nuper Gallia, Belgiumq; prædæ datum est, existimo, nisi neglectæ contemptæque religionis vicio. De Guesiorū verò barbarie alio propediem volumine perscribam fauentibus Superis. Illud hic dumtaxat de illis dixero, quod de Afris olim asseruit Saluianus lib. vij. Non sic Aetnam flammis exæstuare, sicut isti luxuriant cupiditatibus, prauisque affectibus & studiis & molitionibus, adeò ut facilis credi possit, Guesium non esse Guesium, quām non esse flagitosum, quām non esse sacrilegum, quām nō esse impiū.

Quum Boarij, Vindelici, Norici, Austriaci, multis grauissimisque præliis confli-

124 CONVERSIONIS GENTIVM

Vide Laz. de
Bois lib. 7. &
de Cimmeris
lib. 3. Onuph.
Rheginon.
Aimo in. Si-
gebert.

Al. Rupertū.

Al. Theudone

conflixissent cum Pippinis & Carolis aliis
& aliis, postremò sub tempora Ludouici
pij anno, & quod excurrit, v. x. disciplinæ
fideique Christianæ aurem commodare
exorsi sunt. Heraclio verò Imp. A. Deul-
dedit Pót. Max.* Rudpertum episcopum
Borbetomagensem à Berichario tyran-
no sede pulsum acciuere Apostolum: &
* Theodone duce hoc nomine tertio Bo-
iorum Rege, cù tribus filiis, & numerosa
plebe, factis Vndis lustrato, religionique
Christianæ vendicato, delubra idolis sa-
cra euersa, soloque æquata sunt; varieque
passim, cùm per Rudpertū, tum per Gi-
selaricunū Sodomum, aliosque eius disci-
pulos, apud Pannones, Auares, Sclauos, &
nouæ ecclesiæ constructæ, & veteres è ru-
deribus ruinisque suscitatae: inter alias Fa-
bianensis, vbi nunc est Vienna Austria,
quondam à S. Seuerino & Mamertino
anspicata; & in agro Carantano, Soliensis
Deiparae Virgini sacra, quam Donnin-
gus fertur erexit. Fuit isthic apud Boios,
inquam, in ecclesia à S. Rudpero funda-
ta, & à Theodone dotata, vnde Theodo-
nis Villæ nomen sortita est, habita Syno-
dus Rhemensis Vvulfario xxx. Rhemoru

archie-

IVM
lis aliis
douici
iplinæ
modare
Deus-
copum
tyran-
im: &
io Bo-
merosa
oniique
olis fa-
rięque
per Gi-
disci-
uos, &
es èru-
lias Fa-
ustriæ,
nertino
oliensis
onnin-
Boios,
funda-
neodo-
Syno-
emorū
archie-

archiepiscopo præside superstite, Carolo Mag. A. anno viij. xijj. Ebbo successore Vulfarij præsente. Errant fortè proindè qui Theodonis Villam putant esse nostrā Diettenhouen ciuitatem, Luxouienti seu Lutzenburgensi ducatui contiguam. Fuit autem Concilium istuc potissimum hac de cauſa indictum, ut episcopi Gallię atque Germaniæ decernerent, quid statuen dum effet in tyrannos, sicarios, sycophantas, qui quoquo modo sacerdotem reliquumque clerum damno, iniuriāve affeſſent. Eius Theodonis fili⁹* Vtilo v. Rud- perti pædagogia instruētus, à Theoderico j. Francorū rege limiti Armorico est præfectus, ditionemq; omnem inter Scaldā, Mosam, Rhenumque amnes, ac Oceanū Germanicū aduersus incursionses Nordmannorum, Danorum, aliorumque Barbarorum defensandam accepit; primusq; inter Marchiones Antuerpienses siue limitis Britannici, nunc Anglici, præfectos cēsetur. Et inde sanè nō modò Marchionum Antuerpiensium seriem texere, verum etiam fidē religionemq; Christianā altius, patētiūs, firmius radices egisse partim Bois (quos diximus) religiosissimis,

AI. Utto vel
Ortho.
Anno 540.
plus minus
quando Ma-
homet suam
fabulam in-
choauit.

par-

126 CONVERSIONIS GENTIVM

partim Lotharingis adnitentibus Satrapis, licet colligere. Nā Asopertus tertius

Al.Clotharij

Marchio Pluthyldam* Lotharij iij. Regis Francorum filiam, vxorem duxit; inde natus Arnulphus pater Arnulphi Metensiū Mediomaticum episcopi: Inde Brabantia ducatus, Boloniæ, Arduennæ, Hasbania, Lotharingiæque duces, Louaniensiū, Hannoniensium, comitesque Hollandia orti sunt, vnaque sanguine iuncti, etiam fidem proceres omnes inde prognati iunxerunt, & hucusque indeprauatam seruarunt, seipsis semper (ob fidei religionisq; merita) & feliores, & duce virtute, fortuna comite potentiores, nobiliores, augustiores. Non enim tantum Flandria aliæque Belgicæ xvij. prouinciae, verum etiam regna plurima, Hierosolymitanum, Siculum, Neapolitanum, Indicum, Hispanicum, ipsumque adeò imperiū Germanicum siue Romanum accessere. Sicut enim olim priisci Romanorum Imperatores, Imperij pomæria prorogantes, diuersis prouinciis diuersos cōsules ac praefides, aut proconsules, aut proreges constituebant: ita Constátinus Mag. Iouinia. Valentiniani, Theodosij, Carolus Mag. & omnes

omnes retro fidei terminos extendere stu-
dentes, & hostium incursionem prohibe-
re cupientes, milites cuique limiti præfi-
ciebant ac Markæ. Et ij quidem primùm
milites, deinde custodes, postea Præfecti
limitum siue limitanei, postremò Comi-
tes Markæ & Markiones dici cœperunt,
vel Comites de hac aut illa Marka, seu li-
mite, exempli gratia: Hispaniæ, Britanniæ,
Gallia, Gothiæ, Germaniæ, cæterarumq;
ditionum Christo fideique Christianæ
nuncupatarum. Id quod sæpe repetit Ai-
moinus lib. iiiij. cap. xcvj. xcviij. cv. cvij. cix.
cx. cxliij. cxvj. lib. v. cap. xxxiiij. xxxv. xl.
xlj. Vtrū verò Burij, Eburones, Arij, Got-
thini, Quadi, aliique Germaniæ populi
inde Marcomannorū nomen apud Cor-
nel. Tacit. multiique reges Francorū Mar-
comiri sint sortiti, studiosi viderint, à Qua-
dis nobis manasse, quem vocamus Teu-
tonicè **quaet**/id est, malitiosum facile cō-
iecerim: quod, quando pueros ceu lamiis
ac terriculamentis volumus percellere,
dicimus, Veturum d. **Quademap.** Neq;
sanè Marcomanni ab amne superioris
Austriæ, ubi aliquando sedes habuère, de-
nominantur; sed quòd essent veteris Ger-
maniæ

128 CONVERSIONIS CENTIVM

maniæ gentes limitaneæ, usque ad Oceanum Britanicum, permista sylua Ardena, pertingentes. ut ex Cor. Tacit. Laz. & aliis liquidum est. Markæ autem custodiā ob locorum vastitatē, & ab inuicem intercapedinē nimiam, nonnunquā in plures Comitatus, limitisq; eiusdē Præfecturas diuisam, apud Aimoinū, quem citauimus, reperire est, non semel. Ita verò Markionibus hic olim honor delatus est, ut etiam esset graue pondus honoris. Agebatur siquidem cum eis reputandarum, aliisq; pœnis grauissimis multabantur, siquando suam Markam non rectè fuissent tutati aduersus Barbaros.

Eodem modo sæpe aliâs ob huiusmodi officia, Principes suos Vasallos beneficiis sunt prosecuti, & inde tot passim Comites creati sunt. Sic Ludericus secundus Flandriæ Forestarius à Carolo Mag. eiusdem Flandriæ Comes est designatus, anno circiter viij. lxxx. quum antea solum fuisset Dominus Harlebekanus. fortiusque est partem limitis & oræ siue Markæ Britanicæ donatione Caroli Mag. iure hereditario, ut diximus. In Danorū Marca rex regno potitur, patria fidei Ro. sym bolum

bolum retinet. Verum hæc alio pertinet.
Nos ad institutum reuertamur.

Apud Pannones, Rugos, vniuersosque
Sclauos, & per cunctam Sclauoniam (quæ
esse decies maior Saxonia dicitur, Boë-
mos, Polonusq; & omnes qui trans Ode-
ram flumen sunt populos perstringens)
iterum & iterum per Adelbertum cœ-
nobitasq; alios euagelizatum est, Ottho-
ne j. & ij. A. A. anno circiter ix^c.lx.

Item apud Hungaros Henrico ij. Imp.
anno plus minus m.

Apud Apodricas Sclauos, Henrico j.
A. anno viij^c. xx. Item eodem Imp. apud
Nordmannos & Danos.

In Boëmis multi inauguri sunt
Christo anno ix^c. in rebus agente (vt sic di-
cam) Suatuplugo rege Sclauorumque
principe, & Boëmiæ Regem Bornionem
ita inducente, anno, & quod excurrit, ix^c.
Imp. Conrado j. A. Io. x. Pon. Max.

Vngaria ab Hunnis etymon & originē
pariter habens, in fidem religionemque
concessit Otthono j. Imp. anno plus mi-
nus ix^c. xxx. Hungarorum rege Gaycza pa-
tre, & S. Stephano filio, & Adeodato co-
mite operam nauantibus, Adelberto Pra-

I gen-

Lupold.
Vencesla. Bo-
hem. Dlugoff.
Backscaifcen.
Mich. Rit.
Iib. 1.
Böfin. decad.
2. lib. 1.
Seb. Munst.

10 CONVERSIONIS GENTIVM
gensium episcopo non indiligerent quo-
que manum admouente . Denique post
diutinam & plusquam Satyricam atque
Barbaricam debacchationem in clerum
vniuersumque ordinem ecclesiasticum,
in templo, sacratasq; icones & imagines,
in sanctorum Diuorum omniū reliquias
venerandas, in sacro sancta ipsissimaque
adeò Sacra menta, reparator emendator
que Reip. Christianæ apud Hungaros ceu
cælo demissus datusq; est Andreas Rex,
anno m. xliij. Henrico iij. Imp. Benedicto
ix. Pont. Max. Vide Æneam Siluium.

al. Iouianum. Pannonios fidem integrumque reli-
gionem seruauisse mihi admodū videtus;
quod præter alios, *Iouianum, Valentinia-
num, & Gratianū Impp. AAA. ex Pan-
noniis oriundos sit scitum , quorum san-
ctionibus ac legibus in officio contentos
crediderim.

Aldenburgenses, seu Oldenburgenses,
nec non Lubeccenses fidei rudimenta &
velut incunabula acceperunt ab Adelga-
do Bremensium archiepiscopo, Ottone
j. Imp. Io. xij. Pont. Max. primusq; illis an-
tistes consecratus est S. Marcus, siue Mar-
co, anno plus minus ix^c. l.

Melrel-

Melrelburgenses, & qui Mechelburgenses, & Magnopolenses, & Suernienses fortis sunt episcopos secundum quosdam Lothario j. Imp. anno viij. xl. secundum alios, Otthone j. A. anno ix^f. xxxviiij. & primus illis episcopus designatus est S. Ioannes Scotus martyr : quod censent F. Irenicus, Munster. Democh.

Razeburgensium primus præsul fuit Aristo Hierosolymitanus anno , & quod excurrit, ix^c. lix. Otthone ij. A. Benedicto vj. Pont. Max.

Episcopatus Frisingensis auspiciis , donationibusq. Tassilonis tertij, Boariæ ducis, est inchoatus. Iste Tassilo multū charus fuit Adriano j. Pont. Max. adeoq. familiaris, ut Theodonē filiū ei obtulerit sacro fonte lustrandum. Fundauit apud Carnos, Carinthios, & alibi monasteria & ecclesias. Corbianū, vel, ut aliis placet, Corbicianum Gallum Roma venientem per vallem Tridentinam humanissimè benignissimeque exceptit, habuitque, & ecclesiam Frisingensem sacrare iuxta ac administrare iussit, anno , & quod excurrit, viij. xl. Pippino Crasso Caroli M. patre Francorum rege. Qui verò huc dementiæ ve-

Vide Rhégin.
Prumiensem,
Ortho. Frisin.
lib. 5. cap. 25.
Iren. lib. 3.
cap. 43.
Seb. Munst.
lib. 3.
Gasp. brussch.
Eguihartum
VVoligan.
Laz. Democh.
Aimoi. lib. 4.
cap. 79. 80.
Lupold. lib.
de zelo vet.
princ. Gervias.
cap. 6.

I 2 nerit,

132 CONVERSIONIS GENTIVM
nerit, ut amplissima sorte minimè conten-
tus, vxoriis illecebris (ò necessarium ma-
lum) circumuentus, perduellionē sit me-
ditatus; & concinnatis dolis, contermi-
nos Hunnos in Carolum Mag. cui erat
Vassallus iuratus, concitarit, eāq; de cau-
sa damnatus capit; Imperatoris clemen-
tia in monasterium vnā cum filio sit de-
tritus, & monastico more attonsus, nolo
hīc commemorare. Satis est isthōc exem-
plō discere, lubricam esse fortunæ pro-
speritatem, nullumq; non, fortunæ se-
cundantis omnia, statum, humanis casi-
bus esse obnoxium.

Ratiōnē quidē, sicut & Churæ Rhe-
tiæ, & Augustæ Vindelicæ in Suevis (vi
diximus) Lucius Cyrenensis anno plus
minus cx. Euangelicam fementem fecit;
deinde plantatum isthic agrum rigauit
imbre sacro S. Narcissus episcopus, qui
D. Hilariam nobilem matronam, eiusq;
filiam nomine Asta Christo afferuit, Cy-
pri retro temporibus reginas, item q; So-
simum Hilariae fratrem, quem ibidē ba-
ptismo initiauit, indito ei nomine Dio-
nysi, eumq; episcopum Augustę dedit.
Ambrosium quoque aliquot isthuc apo-

stolos

stolos destinasse inquiunt, S. Albanum &c
Theonestum Philippensium episcopum,
ad extirpandam sectam Arianam illic
grassantem, anno plus minus ccclxxxvij.
Valentinia.ij.& Theodo.j. Impp. Nume-
ratur etiam Gradus presbyter directus ab
Eustachio Augustæ. episcopo , vt vices a-
geret in Concilio Chalcedonensi episco-
pi absentis , anno circiter ccccxl. Leone
Pont. Max. Marciano Aug. Fuerunt item
isthic apostoli, anno, & quod excurrit , v.
lxvij. Iustino ij. A. Ioan.ij. Pont. Max. For-
tunatus, Philippus, Cyriacus, Magnus S.
Galli discipulus. Neque destitit vnquam
Auguste episcorum, a Sosimo illo Dio-
clet. & Max. Impp. vsque ad modernum
S.R.E. Cardinalem Illustrissimum D. Ot-
thonem , virum cum pietate, tum erudi-
tione ornatissimum spectatissimumque,
successio ; neque vnquam aut refrixit fides,
aut religio remissa est , ante natam illam
communem Germaniæ almæ pernicio-
sain luem Lutherum.

Ratisponæ episcopus dicatus est v-
nus post alium Gebbardus, Eberhardus,
Vulgangus, Imp. A. Carolo Mag. si Her-
manno credimus; sin Ottoni Frisingen-

I 3 si, mul-

134 CONVERSIONIS GENTIVM
si, multo ante Carolum Mag. Quumque
isthic velut interregnum fuisset aliquan-
tisper, & episcoporum desisset successio,
Ludouicus pius Caroli F. oraculo iuxta
& miraculo admonitus Guntharium mo-
nachum episcopum dedit, ut habent An-
nales Franc. Ottho Frisingens. Democh.
Gaspar, Irenic.

Magdeburgenses dudum ad fidē con-
uersi, demum anno, & quod excurrit, ix.
lxxj. Albertum episcopum sunt cōsequu-
ti, iisdem auctoribus.

Pomerani ac Stetinenses quum è Van-
dalis sint egressi, nō dubium est quin vna-
cum illis fidei sint consecrati olim. Crā-
zius tamen eos ad fidenī adductos refert
anno circiter m. cvj. Henrico iij. Imp. Pa-
schali Pont. Max. Boleslao iij. Poloniæ Bo-
hemiaeque rege eis imperante, & ad fidē
semel iterumque receptam etiam pœnis
fancitis gravissimisque legibus compellente,
quod notat Dlugoff. Vincent. Mar-
tin. Chromer. lib. iij. Hic Héricus primus
Danos bello & armis petiit, quod à fide
defecissent, & ad recipiendam quam re-
pupiarant religionem coegerit. Identidem
fecerunt Otthones, omnesque hactenus

Impe-

Lib. 3. cap. 28
Vandaliz.

Laz.

Imperatores Catholici exemplis Cōstan-
tini, cæterorumque Constantinopoleos
Imperatorum, tum Catoli Mag. & reli-
quorum, quos recensere non est necesse,
neque huius propositi. Similiter Canutus
iiiij. saepe è sua Dania bello adortus est
Estones, Curates, Sambones, aliosque po-
pulos, & vi belli seruire religioni cōpulit.
Vvaldemarus Daniæ Rex lxxvij. cogni-
mento Mag. Vvendos, Herulos, Rugos &c
alios, non farò vexauit, bellisque infesta-
uit, ob fidei defectionē, anno m. clxj. Ne-
que vlla vñquam sibi bene constitit Res-
pub. quæ non leges religionesque quidē
præscriberet omnibus, quæque non, vo-
lentibus quidem præmia, id est bonis, no-
lentibus verò, malis, supplicia decerneret.

Lege mihi D. August. circa illud Psalmi
ij. Et nunc reges intelligite, eruditimi qui
iudicatis terra, &c. Sicut enim inde ab a-
postolorum temporibus fuerunt genera
quædam vitæ, quæ ordines hodieque ap-
pellamus, quæ seruiebant fidei Christianæ
amplificandæ, quale fuit institutū cœ-
nobiticum & communiter viuentium,
de quo S. Lucas in Actis Apostolicis, &
Ascetarum & Therapeutarum, auctore

Isthae ratio-
ne Reges &
Imperatores
sunt nutri-
cij, & Regi-
nae ac Impe-
ratrices ec-
clesiae Chri-
stianæ olim
promissæ
laiæ 49.
nutrices.

Epist. 48. ad
Vincentiū &
so. ad Boni-
facium.

Act. 2.3. 4.

136 CONVERSIONIS GENTIVM

D. Marco, de quibus Philo & historici vniuersi; deinde monachorum, eremitarum, anachoretarum, coenobitarum, feruente persecutione, in solas terras se recipientium; demum sicut fuerunt ordines S. Basilij, Hieronymi, Augustini, Benedicti, Bernardi, Francisci, Dominici, Guilielmi, & aliorum; iijq; (inquam) militabant religioni Christianæ ampliandæ: ita semper ab initio, quo reges Christo sunt iniciati, fuerunt, qui nomen dederunt fidei defensandæ ac propugnandæ. & quemadmodum Dauid, Machabæi, aliquique infiniti in veteri lege præliabantur prælia Domini, ita citra Constatinum Mag. qui præter duos Philippos A. A. patrem & filium, Imperium Christonūcupauit, semper fuere ordines quidam non tantum dilatandæ, verum etiam armis tutandæ religioni, militantium: ij verò cuncti instar Constantini Mag. Iouiani, Valentianorum, Theodosiorum, cæterorumque principum Catho. crucem ceu gestabant: sed discolorem, alij viridem, alij rubream, alij albam, alij aliam.

Eius propositi seu instituti sunt milites S. Io. Baptista & Io. Hircano Machabeo tra-

1. Reg. 25.
2. Mach. 1.
& seq.

Symbolum
professionis.

hentes originē, aut certè lo. Eleëmosynario patriarcha Alexádrino, Phoca Imp. A. Item, id quod apud Volaterranum copioſe est reperire lib. xxj. Anthrop.

Milites Templarij apud Rhodum & Maltham insulas tum in Gallia, & Germania.

Theutonicorum S. Marię Milit. ibidē: horum subinde meminit S. Bernard.

Alcantaræ in regno Castellano & Lu- Milit.
sitano.

Calatrauæ apud Toletum. Milit.

S. Iacobi in Hispania. Milit.

Iesu Christi in Portugallia. Milit.

S. Sepulcri in regno Valentia & Ar- Milit.
ragoniam.

Syluenses in Lusitania. Neq; aliò spe- Milit.
ctat equestris ordines aurei velleris apud
Burgundos, & in domo Austriaca; S. Mi-
chaëlis in Galliis; caligulæ apud Anglos,
nisi ad fidem protegendarum.

Quoties verò crucis & sacri belli mili-
tia fuerit olim prædicata, quam ardentibus
votis hāc in Turcas, Saracenos, Ma-
uros, hæreticos, sæpenumerò Reges, Impe-
ratores, Principes, Duces, Comites, Baro-
nes, aliique ex tota Europea Christianita-

I s te

V M
rici v
emita-
n, fer-
e reci-
rdines
enedi-
Guil-
abant
a sem-
nt ini-
t fidei
quem-
que in-
prælia
ng. qui
n & fi-
t, sem-
untūm
tandæ
ncti in-
Valen-
orūm-
geſta-
alij ru-
milites
eo tra-
hen.

138 CONVERSIONIS GENTIVM

te adierint, non est huius loci differere.

Multa in eam rem scribunt Egnat. Ful-

lib. 1. cap. 1.

lib. 1. cap. 1. &

lib. 5. cap. 6.

gos. Guiel. Tyrius, Io. Herold. Benedict.

de Acolt. Aretin. Sabel. & alij. Religiones

autem creberimè ferro vendicatas asser-

tasque fuisse, non tantum Christianorū,

verum etiam exoticorum Ethnicorumq;

exemplorum chiliadas, memini mele-

gere, apud Tit. Liu. Plutarch. Val. Max.

reliquosque scriptores: sed haec aliâs.

Liuonia cura S. Medardi episcopi, & post eum D. Alberti sedulitate morū in-

dolisq; barbarie dedidicit, & pedetentim

ad fidei Christianæ regulam adducta est

anno plus minus m. ccv. Friderico Barba-

rossa Imp. Hono. iiij. Pont. Max. Est in hac

rem ibidem id temporis institutus ordo

sacræ militiæ aduersus impressiones Tar-

tarorum, aliorumque Barbarorum; quod

habet Mart. Chromer.

Lituania, ut aliæ complures immanes

seruilesque ingenij nationes, cum legum,

tum militum Teutonicorum & Crucife-

rorum, quorum tunc erat magna frequé-

tia, metu, fidem religionemque Christia-

nam recepit, & eadem opera Vitum anti-

stitem,

lib. 7.

Item, Friderico eodē A. anno m. ccxxx. Cruciferis id priuilegij, extintis pridem deletisque Templariis, erat ab Imperatoribus A. concessum, à Pōtificibus Max. firmatum, ut quascunque possent, iñuaderent infidelium, aut à fide defectorum prouincias, easque cum occuparent, tum etiam suo iuri vindicarent.

Nulla erat id temporis per totam hāc Europam occiduā, prouincia, in qua non & cœnobia plurima quorumuis ordinū, eaque frequentissima essent, & numero personarum ac pietatis doctrinæque nomine amplissima.

Tartari ad Christi fidem permoti sunt atq. promoti rege ipsorū Cassahā miraculo quodā ad Christū conuerso, anno plus minus m.cc.lxx. Rodulpho Imp. Grego.x. Pont. Max. Vt habet Sabell. & Guiel. de Nangiaco. Deinde Tartariæ proceres cū & Lateranensi sub Innocent. iiij. Pont. Max. & Lugdunensi Concilio affuissent, vna Michaële Paleologo suscepto fidei Sacramento, religionem Christianam suis terris populisq. reportarunt, anno plus minus m.ccc. Clemēte iiij. Pont. Max. S. Ludoico & Carolo Francorum regibus, teste

140 CONVERSIONIS GENTIVM
teste Blond. Fla. decad. ij. lib. viij. Quoc-
tiam tempore Turcarum Imperator Aza-
tines palam Christi fidem Romanamque
religionem est professus Arsenio patriar-
cha Constatinopolitano; quod refert Ni-
ceph. Gregoras historicus lib. iiiij.

Samogetia Christiano nomine censeti
cœpit Sigismundo A. Ioan. xxiiij. Pont.
Max. anno m. ccccxiij. quod liquet ex
Mart. Chrom. lib. xviij.

Lituani relapsi à fide, reparati sunt pau-
lo ante Samogetas anno plus minus m.
cccxlvj. Vrbano vj. Pont. Max. Carolo iiiij.
Imp. A. Ioannis Boëmia F. que Onuph.
Panni. Veronens. scribit auctorem Bullæ
quæ cognominatur Aurea. Vide Seb.
Münster. in Cosmo.

Cumani, Boznenses, Lipnenses, Patri-
ni, aliique Sclavoniæ populi complexati
sunt fidem Christi, Tartarorum supersti-
tione abrogata, enixissimè summisq; co-
natibus suam nauante operam Ludouic.
Hungarorum rege, anno, & quod ex-
currit, m. cccl. Clemente vj. Pont. Max.
apud Auinionem Galliæ degente, aucto-
re Mich. Rit. lib. ij. & Bonfin. dec. ij. lib. x.

Omnium nouissimè accessit nostræ fi-

dei

dei, aut potius ad eam rediit notius orbis,
quem vocant, omnesque illæ lautissimæ
& auti & quarumque aliarum rerum di-
tissimæ Indiæ, partim D. Philippo Hispa-
niarum regi cognomento Catholico, Flá-
driæ dudum quidem desideratis amori-
bus, at Hispaniæ deliciis inexhaustis, par-
tim D. Sebastiano Lusitanie Regi rei Ca-
tholicæ studiosissimo parentes, abhinc
annos plus minus cc. cū primis fratribus
Minorū, tum multo pōst tempore eorū,
qui Societatis Iesu appellātur, operā Chri-
sto Domino conquisitæ. Remanserant ta-
men isthic alibi quidem vetustæ & pri-
scæ religionis à S. Thoma prædicatæ re-
liquiæ ceu futuræ frugis quedam semina:
Baptismus parvuloruñ, iejunium, pre-
cum in delubris frequentia, S. Crucis ad-
uersus dæmonum incursum tessera, vti ex
Petro Bellonio, Arabe Saraceno Grāmat.
Petro Mart. Ludouico Vartonian. Maxi-
miliano Transsyluano, Io. Barrio, Cado-
musto, aliisque scriptoribus manifestum
est. Incidi ego nuper in Hispaniis Val-
lisoleti, ubi tūc nostra Comitia generalia
præside illustrissimo reverendissimo que
Dño D. Alexandro Cribello Viceprotecto-
re or-

re ordinis digniss. anno 1564. agebantur) incidi (inqua) in Reuerendū quendā canicie ac moribus patiē (nomē mihi excidit) ministrū (vt vocamus) ordinis S. Frāciscī Prouincie Peroutanæ Is referebat plū rimā isthic esse prisce & ab apostolis institutæ religionis vestigia, & hinc esse gentem satis morigerā, tractabilem q. ac facilem ad fidei religionisq. Christianę reparationem . Ditionē verò esse omnium & opulentissimam rerumq. omnium locupletissimam, & amoenissimam pariter ac temperatissimam : deinde non insulam; sed terram firmam, continentemque affirmabat, sextuplo vastissimis illis Hispaniis patentiorē , vtrunq. polum arcticum & antarcticū hinc inde spectante, neq. maiorem regionem uno nomine comprehendendi. Incolas illos inquiebat, ipsos esse Antipodas, apud quos tunc se degere aiebat, supra Peru , & quidem Oceanum inter Hispaniam & illos populos interflue- re, quem haud temerè vixque octo mensibus legere conficerē ve valuerat. Tot ve- rò tantasq. mihi allegabat suorū Antipo- dum partim Geometricas, partim Astro- logicalas mathematicas probationes, vt cū

ex

ex Platone, Macrobio, M. Cice, Mela, D.
 Lactatio, S. Hieron. S. Augustino, Isidoro
 secus doctus essem, quū mihi dēmū Tapro
 banā istic insulam nominaret, facile con-
 cesserim in sententiam: tum etiā quōd ad
 Australē plagam esse memoraret, quā ob
 interfusum maximū immensissimumq.
 mare meminerā olim, M. Tullio auctore,
 mortalibus prorsus incognitā; Sumatram
 autem, olim Taprobanam, diu antea ab
 apostolis penetratam. Tametsi legere sit
 quosdam Augusti iram fugientes per imā
 Æthiopiam & mare Atlanticum ad Ga
 des Herculis enauigasse, & Carthaginen-
 ses quosdam ab Herculeo freto in mare
 rubrum Arabicum. Alexandrum Mag.
 quoque Persicum sinum, mare Indicum,
 Taprobanam, aliasque Indicas insulas ac
 terras armis explorasse, & partim arte,
 partim vi viam sibi aperuisse, ex historiis
 notum est. Narrabat item ille R. P. apud
 istos Antipodes siue *ἀντίπολες*, exque dia-
 metro contra nos positos, celeberrimum,
 frequentissimumque orationum studiū;
 ipsos verò adorare vnum Deum trifron-
 tem, cuius si queras rationem ignorant,
 nisi quōd ita a maioribus acceperint, &

in Timo lib. 2
 Cic. lib. 4.
 Acad. lib. 6. de
 Rep. lib. de ci.
 c. 9. lib. 3.
 de fals. fa. cap.
 cap. 24. super
 Ezech. 1. lib. 9
 Erymo. cap. 2.
 Aug. de dece
 categorijs.
 cap. 10.

Atlantici re-
 gionem veter-
 res insulam fa-
 ciunt.

Voo

Voo monarcha, penes quem summa religionis & Reipub. semper fuit. De Antipodibus si quis plura desideret, reperiet apud Ioachimum Vadianum in Melam: nos ab Antipodibus inferis, ad superos, & institutum vela orationis vertimus.

Cæterū, vt iam tādem ex multis antecedentibus (quæ vocat M. Tull.) concludamus, & quippiam inferamus quod firmum sit & solidum, nulla parte hians, sibiique inconstans, quærendum ab aduersariis est, errauerintne omnes istæ apostolicæ ecclesiæ, an non. Si aberrasse dixerint, inferendum certo certius, Christum non satis stetisse verbis suis & sponsionibus S. Petro, senatui apostolico, toti ecclesiæ factis de pædotribe veritatis cum mitten-
do, tum sempiternūm partibus sacrosanctæ ecclesiæ ac velut lateri instar vel du-
cis vel viæ comitis adhæsuro. Quod si er-
rauisse negent, se se toto cælo totaque via
aberrare, & quidem scientes prudētesq;
verissimo dilemmate, tanquam cornuta
acie, vnde elabi nulla ratione queant, im-
plicari, constringi, concludi confiteantur
oportet. Hic igitur murus aëneus esto, nil
conscire sibi ecclesiam, quæ perpetuo co-

gno-

gnomento ac proprio Catholica nuncupatur, nulla palleſcere perfidiæ, hæreſiōs, erroris culpa, hinc vſque ad apostolos ipsumque adeo Christū Quocirca hęc omnium populorum, omnium locorum, omniumque temporum, cum tanta ingeniorum & morum, quanta lingua-
rum, dissimilitudine in tantam eiūdē pla-
nē fidei religionisque concordiam con-
ſpiratio, argumento est probatissimo,
omnes illos populos, suis quoſque & locis
& temporibus, in eādem tamen ſchola,
ab codēque didaſcalo ac pēdagogo, hęc
tam proſuſ eadem doctos eſſe debere.
Vnde enim tanta noſtrorum dogmatum;
rituumq. antiquitas, niſi à Numine quo-
dam præſide? Vnde tātē antiquitati, tan-
ta cum omni posteritate conſensio? Vnde
tantē conſenſioni, tam vetuſtā, tam bene-
ęquabiliterque, non cum vna tantūm
gente, ſed cum omnibus, non ſemel, ſed
ſemper, non hic tantūm, ſed vbiqüe,
quā orbis patet, conuenit? An hęc ſi-
ne numine Diūum, an caſu, an arte
conuenire arbitrabimur? Certè quo an-
tiquius quid, hoc, ſi Tullio credimus,
diuinius; quo communius pluribus, eo

li. 2. de legib.
lib. 1. de natu-
ra Deorum.

K me-

melius; quo sibi semper & in omnibus
seu locis, seu populis, seu ætatibus simi-
lius, hoc perennius, Deoque sempiterno
sibi semper in omnibus simili propin-
quius. Ita nimirum mirionibus illis in actis
apostolicis satisfecit S. Petrus; & con-
tra eos, pro se suisq. intulit: Hoc opus ob-
quod obstupescitis, non humanū (inquit)
est, sed diuinum, nō dolo malo, sed diui-
nis promissis conceptum & fultū, non ho-
minum malitia, sed Dei bonitate plenū.
Mirabantur illi eisdē homines eiusdem
nationis, eisdem linguis, eadem, sed di-
uerso modo & idiomate differente, loqui
non differentia. An non (si boni æstima-
tores esse velimus) multo amplius miran-
dum istuc videri debet, tot ingenia, tan-
tam hominum varietatem, tam diuersas
linguas, tam diuersa idiomata, tanta præ-
fertim & locorum & temporum interca-
pedine dirempta, tam paria, tā æquabilia,
tam eadē prorsus sonare? Hac credimus
Sanctorum communionem, in qua cēsos
dicimus beatos; non censos, damnatos
perpetuum. Hæc est Ecclesia, contra quā
portæ inferorum, quibus sunt mille no-
cendi artes, incassum nituntur! Hæc est

V M
nibus
simi-
terno
opin-
nactis
con-
us ob
quit)
diui-
n ho-
enū.
dem
d di-
oqui
ima-
iran-
,tan-
uersas
præ-
erca-
oilia,
imus
cēsos
atos
quā
e no-
c est
co-

columna & firmamētum veritatis, à quo
se auelli Christianus quisque agriùs mo-
lestiusque sinere debet, quā vitam ipsam
cripi; à quo vel latum culmum (quod in-
quiunt) recedere, perire est. In arca salus,
extra arcam exitiū est. In Ecclesia cathol.
cum metu & tremore adhibitis sacramē-
tis, salutem quisq. suā operati potest; ex-
tra ecclesiam sacramēta esse possunt, pro-
desse non ita. Quum igitur iam ab aduen-
tu Saluatoris vsque ad nostram ætatem, id
est, ab apostolis vsque ad nostri temporis
fæcē, quomodo & per quos Christi Ec-
clesia nata sit & adulta, persecutionibus
creuerit, martyrijs coronata sit, confessio-
nibus ornata, & illis quidem tanquam ro-
farum, his velut liliorum fætis redimita,
habeamus, & postquam ad Christianos
principes venit, potentia euidem & di-
uitijs maior augustinorūque, sed virtutibus
meritisque facta sit minor, & suapte for-
tuna feliciore, cœperit esse infelicior, mi-
nusque beata; Quum (inquā) Ecclesiam
catholicam à Christo suscitatam, ab apo-
stolis per orbem vniuersum propagatam,
ad nos vsque porrectā, deriuatamq. often-
derimus, fiduci regulis notisque ceu tesse-

Hiero: in vita
S. Malchi.

K 2 ris

148 CONVERSIONIS GENTIVM

ris quidem parem, sed non item fidei operis & actis : quis ferat hæc putidissima vi-

tijs sœcula (ut S. Paciani in Pyrenæi iugis

Barcilonæ episcopi verbis utar) sacros ca-

nos apostolici verticis euellere niti? Ex il-

Aug. lib. 28. conc. Faut. Manich. cap. 2. & sequent.

lib. 3 t. cap. 21 lib. 3 3. cap. 3. & seq. epist.

118. ad Ianua. Tertul. lib. de præscrip. hæret. Irene.

lib. 3. cap. 1. 234. Vincent. Lirinæ. Basil. lib. de spiritu sancto cap. 27 Alexander Pont. Alexad. epist. ad Constant. Mag. Io. Damascen. lib. 1. de cultu imaginum.

lo tempore quo Christus, quo apostoli vixerunt, successio vel series episcoporum

non est interrupta, neq. ab aliquo alio, nisi

ab Ecclesia per episcoporum ubique suc-

cessiones tenemus has velillas scripturas

esse canonicas aut apostolicas: vnde igitur

nisi ab eadem Ecclesia, litterarum sacra-

rum sensa petenda sunt? Illa enim quæ

non scripta, sed tradita custodimus, quæ

quidem toto orbe seruantur, datur intelli-

gi, vel ab ipsis apostolis, vel plenarijs con-

cilijs (quorum est in Ecclesia saluberrima

auctoritas) commendata ac statuta re-

tineri. Nam traditionem apostolicam re-

futare, magnam euangelij ipsius (testibus

D. Ireneo Lugdunensium, & D. Basilio

Cappadocum, episcopis) adeoque ipsius

Christi qui traditionum euangelicarum

est auctor, est abrogare & conuellere au-

ctoritatem. Quantum vero, non dicam

temeritatis sacrilegè, non dicam extremæ

dementiæ, sed fanatici furoris insit illi ve-

teri

teri hæreticorum cauillationi , *Apostoli*, reliquique non intellexerunt diuina oracula ; Nobis Deus per Spiritum suum reuelauit nuper , nemo ignorat. Quid enim : si quid cōtrouersiæ nascatur, siquid in quæstionem nouam recens veniat, nōnne ad antiquissimas quasque ecclesias recurrendum est , in quibus sunt versati apostoli, quas sanguine dedicarunt , & ab eis accipiendum quod certū, quod verum, quod liquidum sit ? Quid vero? si neque apostoli nobis scripturas reliquissent, nōnne oporteret traditionis ordinem sequi, & ex illis quærere quibus ecclesias commiserunt?

S. Augustinus profectò istuc detulit Ecclesiæ, ut nec euangelio fuisset crediturus, nisi eum Ecclesiæ commouisset auctoritas.

Contra epist.
Fundamenti
cap. 5.

Scripturas enim in libris, tāquam in abbribus folia , in Ecclesia sensum & intellectum esse sciebat, easq. nō in legendo, sed in intelligēdo consistere. Multo sanè eborō opus est, multæq. nō sufficerint Anticyrē eius infano curādo capiti , qui post apostolos , post tot martyru confessorūq. myriadas , post tot ecclesiarum omnium pastores, doctores, episcopos, sibi semper adhuc quippiam censem perquirendum,

Hiero. cont.
Luciferianos.

K 3 &c

150 CONVERSIONIS GENTIVM
& indicandum . Te pacatum itaque red-
dat (inquit D. Basil. quē D. Theodoritus
lumen orbis terrarū vocat) traditio . Do-
minus ita docuit, sic Apostoli prædicaue-
runt, ita Patres obseruarunt, confirmarūt
martyres: sufficiat dicere, Ita edoctussum.
Si quando alia quām didicimus , à noua-
toribus suggerantur ; hac machæra , ceu
Herculis claua, retundenda sunt, & isto
antidoto aduersus vitilitigatores vtendū
auctore S. Athanas. Patres & maiores no-
stros non ista sensisse, non ita docuisse, nō
sic seruauisse . vtroque ergo tempore siue
aiant, siue negent quipiam hæretici se-
cus atque traditum, & haec tenus in ecclæ
siis apostolicis traditum, aut perepiscopo-
rum, doctorum , pastorum successionem
perpetuam diffinitū habitūmve est , hoc
singulari vmbone excipiendum , reper-
cutiendumq̄ue est , ne syllabam quidem
vnam , præter ea quæ accepimus (vt in-
quit Basil.) commutandā, aut in dubium
vertēdam. Id nobis persuasum esse debet,
nihil magis nefarium esse, quām transgre-
di terminos à patribus positos . Si enim
Terminus ille nulli Deorum sibi ceden-
dum putauit, de quo Ouid. 2. Fast. quis ita
sacra

Epist. ad
Epictet. episco-
pum Corint.

Apud Theo-
dorit. Eccle-
hist. lib. 4.
cap. 19.

facra profanis miscere audeat, ut rituum,
 religionumq. modos ac fines, ultra quos
 citraque nequit consistere rectum, immu-
 tet, trasferat, inuertat? Hanc nostram esse
 mentem altè animis repositam, hanc soli-
 dam stare nobis, firmamque sententiā di-
 cendū, quicquid illi, siue minas, siue blan-
 dicias crepent. Neque illorum odium
 magnopere metuendum, neque studium
 affectandum, aut captanda benevolentia,
 aut eorum timenda malevolentia, à qui-
 bus vituperari maximæ laudi, amari, vi-
 tio à probis quibusque vertitur. Puer-
 rum est istis moueri: eum verò qui bene
 ac probè diuinis literis enutritus sit, nul-
 lum genus mortis potius detrectare oportet,
 quam religionibus sacrosanctis nun-
 cium remittere. Nihil ego prorsus noua-
 torum istorū cauillis oportunius respon-
 dendum duxerim, nisi istuc Pauli apostoli
 dumtaxat, An à vobis verbū Dei proce-
 fit, aut in vos solos peruenit? verūm (quod
 de Petiliano Donatista dicebat August.)
 litigare & belligerari voluntisti, non dis-
 putare. lib. 2. cont. lit. Petil. cap. lxi. D. A-
 thanasius iustitetur in catholica fide
 D. * Iouianū Imp. A. vti is ab illo effla-
al. Iouianum.

K 4 gitae-

Epiph. to. 3.
lib. 1. hæres.
75.

I. Cor. 14.

Niceph. Call.
eccle. hist. lib.
20. cap. 47.
Theodorit.
lib. 4. cap. 3.

gitauerat , suæ Orthodoxyæ certissimum
fortissimum quæ argumentum ita statuit:
Omnes ecclesiæ quæ sunt in Hispania, Bri-
tannia, Gallia, Germania, Campania, Ita-
lia, Dalmatia, Mysia, Macedonia, Græcia,
Africa, Sardinia, Cypro, Creta, Pamphi-
lia, Lycia, Isauria, Ægypto, Libya, Ponto,
Cappadocia, denique toto Oriente(excep-
tis illis paucis ab Arrianis occupatis) no-
biscum & cum concilio Niceno sentiunt
& sapiunt : non possunt verò tam pauci
ij quæ suopte iudicio, & conscientia dam-
nati, præiudicare orbi vniuerso : ea igitur
fides tenenda est, quam tot populi, tot ec-
clesiæ , tanta confensione , tot annorum
centenarios probatam habuere.

Iisdem rationum probationumq. mo-
mentis nititur aduersus sciolos illos Gno-
sticos Valentianos D. Irenæus Lugdu-
nensis: Ecclesia per vniuersum orbē usq.
ad fines terræ seminata, & ab apostolis &
eorū discipulis accepit eādem in Christū
fidem: hanc fidē, hāc prædicationem (ait)
diligenter custodit, quasi vnam domū in-
habitans; & similiter iis credit, quasi vnam
animam habens, & vnum cor ; & conso-
nanter hāc prædicat, & docet, & tradit
quasi

quasi vnum possidens os. nam et si in mun-
do sint loquelæ dissimiles, attamen virtus
traditionis vna & eadem est. Neque hæ
quæ in Germania sunt fundatæ ecclesiæ
aliter credunt, aut aliter tradunt; neque
hæ quæ in Hiberis sunt, neque hæ quæ in
Celtis; neque hæ quæ in Oriente, neq. hæ
quæ in Ægypto, neque hæ quæ in Libya,
neque hæ quæ in medio mundi sunt con-
stitutæ: sed sicut sol creaturæ Dei in uni-
uerso mundo vnuis idemque est, sic & lu-
men & veritatis prædicatio, vbique, eo-
demque modo lucet, & illuminat omnes
homines, qui volunt ad agnitionem veri-
tatis venire. Et neque qui valde præualet
in sermone, ex ijs qui ecclesiis præsunt,
alia quam hæc ipsa dicet. nemo enim est
supra magistrum, neque infirmus in di-
cédo deminorabit traditionē. Cùm nam-
que sit vna eademque fides, neque is qui
multum de ea potest dicere, amplius di-
cet vñquā quam res sit; neq. qui parū di-
cendo valet, dicet minus quam oportet,
aut infrā quam res est. Neque nos moue-
re debent tot tantæque procellæ seu hæ-
reßion, seu persecutionum, seu morum
temporūmve malitia tanquam tempesta-

K tes

154 CONVERSIONIS GENTIVM
tes quædam ingruentes, & nauiculæ S. Pe-
tri summa vi imminentes, ac extrema
quæque comminantes, quum & longè
grauiores ei ærumnas sæpe multis ante
temporibus, & eam semper seipsa clario-
rem euafisse, sexcentis exemplis liqueat,
perpetuosque ex bellis hucusque trium-
phos duxisse. Siue enim penitus præteri-
torum temporum nequitiā inspiciamus,
non extinctā turbine, non ventorū via liò
raptam, non fluctibus rabidis perturbatā,
non fractam, sed vexatione purgatam, li-
uoribus sanatam, necibus viuidam viré-
tioremq. Ecclesiam peruidebimus. Siue
illorum temporum populos tanquam co-
ram præsentes tecumque colloquentes
conuenias, eandem protinus nobiscum si-
dem cōfiteri, religionemq. tenere audias.
En tenemus omnium cæli climatum,
omniumq. terre angulorum populos, no-
biscum in vnam fidei religionisque sen-
tentiam cōspirantes. Quid si iam omnia
mihi Cōcilia passim toto orbe inita, quo-
tannisq. coire solita ex præceptione san-
ctione q. apostolica, recensenda sint: quid
si omnium vbiique conciliorum, omnium
ecclesiarum, omnium gentium, omnium

Can.apost.38
al.36.Cōcil.
Nice.1. can.3
Cōcil. Antio.
cap.20.

æta-

xtatum patres mihi sint percensendi ;
quas putamus copias, quas phalágas, quot
testium myriadas in aciem campumque
in rem quam diximus, sum producturus ?
Si mihi miles vniuersus conscribédus est,
qui diu olim sub tot tantisque Impera-
toribus, cum Romani, tum Constantino-
politani Imperij, Regibus Hisp. Gall. Bri-
tan. Lusitaniæ, Daniæ, Sueviæ, Norueg.
Ital. Polon. Vngar. Bohem. aliisque infini-
tis, cum defensandæ, tum propagandæ re-
ligioni Christianæ seruiuit ab origine pri-
ma; quis (oro) locus satis patens satisque
vastus esse possit, qui exercitus eius fre-
quentia capere valeat ? Si omnium Cōci-
liorum sanctiones, si omnium Imperato-
rum, Regum, exarchorum, principum le-
ges hic enumerem; certe & illos mortales
religiosissimos fuisse, in cōfesso erit omni-
bus : deniq. eos quidem obseruatæ reli-
gionis præmia manere ; nos verò, siue ne-
glectæ, siue contemptæ, daturos aliquan-
do pœnas. Evidem supplicij tarditatem
& dilationem, non pauci aut ignoscen-
tiā, aut diuinæ prouidentiæ oscitatiā
existimāt. Verūm si rem, vti est, diuinam,
inquam, offendam ex æquo & bono me-
tiamur,

156 CONVERSIONIS GENTIVM
tiamur, exemplis temporum præteritorum; vereor ego vehemēter, ne Numinis
ira tardè ad sui vindictam procedens, tarditatem supplicij, & grauitate & perpe-
tuitate aliqua compenset; & ne nos instar
eorum qui fēnus perpetuò gliscēs cōtem-
nunt, in vtramque aurem securi, pœna-
rum, ærumnarum, calamitatum usuram
tandem recipiamus, & malorum piaculorū
rumque quæ deprecari negleximus, im-
mensam. O si hæc Belgica prouincia hu-
mana voce vti posset, quos ederet luctus,
quos componeret elegos modos, quām
tristia ediceret, quæ nemo, quantumvis
faxeus, tametsi è Caucaſo natus, audiens
temperet à lachrymis! O quales, quot,
quātas deponeret querelas, quām dissimi-
libus dominis olim, atque nunc, fese ad
ministrari defereret! O quantum mutatis,
ab illis: ingenua, inquit, sum & liberali in-
dole nata, neq. obscuro loco. Fidei religio-
nisque auctores nancisci quasi sorte auspi-
cata Deus Opt. Max. totius huius vniuer-
sitatis rerum Præses voluit, adeoq. paren-
tes seu auos, seu abauos, seu atauos, Ma-
ternuin, Memnium, Eucharium, Valeriū
à S. Petro rectissima linea fidei descenden-
tes,

tes, hucque destinatos; deinde S. Quintinum, Piatonem, Rufinum, Valerium alterum, Eugenium, Crispinum, Crispiniatum, Lucianum, Marcellum, Regulum, Fuscianum, Victoricum, Eleutherium indigenam Neruium, Chrysolum Armenium, cæteros seu Romanos seu Gallos S. Clementis Ro. discipulos: hos ego progenitores habui; hi sunt harum vbiq. ecclesiarum antistites; hæc est diuina Soboles cælo demissa fereno; hi patriam hanc suo cruento fœcundam, meritis validam, virtutibus florentem, signis editis rebusq. præclaris celebrem, omni postremò hac ecclesiarum successione, pastorum doctorumque apostolicorum longa serie,

Fecerunt pulchra ceu posteritate parentem.

Eius pulcherrimæ prolis, secundum Esa. 49: promissa & Prophetica oracula, Imperatores & reges nutritij, Imperatrices, & reginæ factæ sunt, diuino nutu, obstetrics. Et quidem haec tenus ita inter Augustorum amplexus, & pientissima vota, omnis progenies hæc adoleuit, sumpsit vires, estque ætatum momentis aucta, ut futuri posteri æstimari non potuerint,

Placent. in
cat. episcoporum
Tungræs.
Brussem.
Democh.
Pet. de Natal.
lib. 5. cap. 116
lib. 9. ca. 106.
lib. 1. cap. 57.
lib. 2. ca. 55.
Antonin.
part. i. hist.
tit. 6. cap. 26.
Mayr.

158 CONVERSIONIS GENTIVM
rint, neque opibus, neque copijs inferio-
res. Verùm eheu, ô malum, proh do-
lor, miserrimum infelicitatis genus est,
fuisse aliquando felicem: neque cuiquam
tantopere dolet fortunæ felicitas nun-
quam habita, atque tam turpiter amis-
sa: nihil verius illo elegantissimo dicto
Poëtico,

*Non minor est virtus, quam querere, parta
tueri.*

Et certè

*Florimus quondam, sed flos fuit ille caducus:
Et fuimus Troës: verùm,
En campos, ubi Troia fuit.*

Ita siquidē comparatū est, vt Respub.
diu esse incolmis nequeat, quæ non ijsdē
artibus atque virtutibus perpetuò serue-
tur, ac veluti lacte eodem foueatur, qui-
bus fuerat olim parta & educata. Est enim
Reip. vt sic dicam, educatio, altera natu-
ra. Sicut igitur, mutata nutrice, mutatur
habitus statusque naturæ, & proles vario
lacte nutrita ferè fit scabiosa, morbisque
infecta: ita Respub. primùm delicatissi-
mè educata à matre, deinde à nouerca
degenere vbere lactata, non potest non
esse humoribus affecta corruptissimis.

Quem-

Quemadmodum verò bene cōstituendæ ordinādæq. Reip. prima elemēta sunt religionum sacrarū momēta ac rationes; ita declinatis Reip. ne dicam inclinatæ incunabula sunt (si Isocrati, Platoni, Tito Liui, Plutarcho, Aristo. M. Tull. Valer. Max. cæterisque id genus, credimus) religionum socordia, diligentia, neglectus. Verum hæc alias.

Cæterū obijciet, imò obganniet for-
tè quispiam, & quæreret, vnde sciamus apo-
stolicas esse illas omnes quas retulimus
ecclesiás. Cui in primis respódemus, Ho-
mīne indocto nihil impudentius: quic-
quid enim dicas, nihil dixeris, nisi id dixe-
ris quod ei visum est & probatū. deinde
homine malitioso, nihil magis improbū:
is enim ita solet perplexari, Nō pactū, pa-
ctum; pactum, nō pactū est, quod illi libet:
& is nō tā sensus aut intellectus, quā ani-
mi voluntatisq. vitio laborat, & prorsus
mala mēs, malus animus. Sic olim Mani-
chēi & alij heretici nōnulli quasdā scriptu-
ras admittebāt, quasdā rejciebāt, vt om-
nis de medio Scripturarū auctoritas semel
deleretur (inquit D. Augustinus) & suus
cuique animus, suum cuiq. insomnium
auctor

lib. 32. cont.
Faut. Ma-
nich. Cap. 19.
& seq. D.
Hiero. Epist.
ad Paulinum.

160 CONVERSIONIS GENTIVM

auctor sit & auctoris instar, quid in quaq;
scriptura probet, quid improbet, id est, no
auctoritati subjiciatur scripturarum, vt
quippiā credat, sed sibi ipse subjiciat scri
pturas, easque suo sensui seruire cogat,
etiam repugnantes: vt ideo quid recte ri
teque scriptum videatur, quia illi placet,
non quod eo nomine ei placere debeat,
quod scriptum sit. Iam verò, vt ad rem
veniamus: cur non euangelicæ, apostoli
cæ, ecclesiasticæ traditioni concedamus,
tanta vetustate fundatæ, tanto usu robo
ratæ, omnium apostolorū, martyrum, re
liquorumq. virorum clarissimorum san
guine, sanctitate, meritis commendataæ,
hucusque ad vnguem obseruatæ, quum
non aliter, quam traditione atque relatio
ne alia complura sciamus, quæ tamen
certo certius ita esse tenemus? nam, vt ma
gnis cōferre mihi liceat parua, vnde (ama
bo) Socratem cuncti, quotquot sunt eius
philosophiæ candidati, credunt Sophro
nisci & Panaristæ filiū? vnde Anaxagorā,
Damonem & Archelaum eius fuisse in
ferunt præceptores? Vnde vxores Xan
tippen & Myrtonem afferent? Vnde cer
tatum non paucæ ciuitates Græciæ sibi
Ho-

al. Phœna
retæ.

Homerum vendicant? Vnde Colopho-
nij suum ciuem; vnde Chij, Salaminij,
Smyrnæi, & alij alijque suum asseuerant,
esseque contendunt contribulem, nisi
ex diuersa maiorum quasi per manus tra-
ditione? Vnde hosce quidem Platonis,
cognomento diuini, illos autem Aristote-
lis libros mihi persuaserim? Vnde hi
Theophrasti, alij Demosthenis, alij M.
Ciceronis, alij Varronis, alij P. Vergili;
alij Ouidij, Persij, Martialis, Iuuen-
nalis, Horatij, Mactrobij, Galeni, Hippo-
cratis, aut alij, aliorum, atque aliorum,
vsque adeò esse creduntur; vt si quis ne-
get, non solum refellatur, non solum si-
biletur, verum etiam tanquam demens
iudicetur, qui notissimæ famæ, certissi-
mæ temporum seriei, constantissimo ru-
mori per ætatum successionem quasi per
manuum traditione insolenter presumat
reclamare? Ego igitur quæ iam in lu-
cem edo, vel ex totius Ecclesiæ Catho-
auctoritate à maioribus tradita, vel ex
Scripturæ diuinæ literis, vel Physica
ratione collegi omnia. Contra vero
rationem nemo sobrius, contra diui-
na oracula nemo Christianus, contra

Cic. pro Ara-
chia. aul. gel.
lib. 3. cap. 11.
Attic. noct.
Herodot.
Plutarch.

Aug. lib. 33.
cont. Faust.
Mani. cap. 6.

Aug. lib. 4. de
Trinit. Cap. 6

L Ec-

Ecclesiarum Apostolicarum cunctarum consensionem, antiquitatem, vniuersitatem nemo pacificus senserit. Quocirca (vt coronidem addam) qui isthæc negat; is non quæuis, sed totius scholæ Christianæ bases, & fundamenta usque ab radicibus extirpat, euertitque, & negat prorsus, quæ vocant Philosophi disciplinæ principia, quæ sunt cum primis certa ac vera. Cumque eiusmodi vitilitigatore non rationibus, sed fustibus Aristoteles censet agendum: apud Christianos certè, auctore Christo, qui hasce apostolicas non audit ecclesias, inter Ethnicos & Publicanos censendus. Non enim ille, quisquis est, satis intelligit illud altitonantis fulmen horrendum: Qui vos audit, me audit; qui vos spernit, me spernit. Neque ille amens, tantum apostolum unum vel alterum, non is aliquot Cyprianos, Ambrosios, & id genus alios Christianæ fidei seu Atlantes, seu Achilles invictos aspernatur; verum etiam apostolicas Ecclesias vniuersas, quas literæ quoque diuinæ celebrant, Romanorum, Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum, Thessalonicensium, Colossensium, Philip-

Matth. 18.

Luc. 10.

Aug. lib. 2.
cōt. Crescon.
gram. ca. 137

V M
arum
tsita-
circa
egat;
istia-
radi-
pror-
olinæ
ta ac
atore
teles
cer-
licas
z Pu-
quis-
antis
t, me
Ne-
num
anos,
ristia-
es in-
stoli-
quo-
, Co-
rum,
Phi-
lip-

lippensium, Laodicensium; ad quas scripsisse S. Paulum nemo inficiabitur. Is Hierosolymitanam contemnit ecclesiā, quam ipso simet Saluator fundauit, cui primus post Christum S. Iacobus frater Domini praeſedit. Idem renunciat Antiochensi, vbi discipuli primūm dicti sunt AA. II. Christiani. Item Smyrnensi, Theatyrenſi, Sardensi, Pergamensi, Philadelphenſi, Laodicensi, quibus iussus est scribere Apocalypsim S. Apostolus Ioannes. Item tot alijs ecclesiis Ponti, Galatiæ, Capadociæ, Bithyniæ, Asiæ, quas instituit S. Petrus: denique quicquid alias se S. Paulus ab Hierusalem vsque ad Illyricum euangelio repleuisse affirmat. Ut de aliis Asiæ, Africæ, Europæ, Indianumque partibus taceam, in quas ex hisce apostolicis laboribus, & plantationibus propagata creuit, hodieque crescit, Ecclesia. Quid itaque existimanda est age- te, hic iam nunc, Ecclesia Belgicana, nisi Diuum hominumq. opem & fidem im plorare, & auribus cum S. Romanæ Eccl. Sanctif. D. N. Pontificis max. Gregorij XIII. Regisque Catho. tum duumiratui, tum & exarchatui Illustriss. Ducum de

Rom. 15.
Temitetani
tamen Indi
antipodes no
tam fidem ac
cipiunt, quām
olim acceptā
recipiūt: eolq.
primos & ty
pographix, &
machinarū,
earum, quas
bombardas vo
cant, esse inuē
tores non eit
dubiū: tametis
S. Bonifacius
Episcopus Mo
guntinus ac
cusat, et olim
D. Virgilium
Episcopū Sa
lisburgensem
apud Zacha
riam Pont.
Max. quod
pro concione
asseruisset esse
antipodes, ut
habet Auctin.
lib. 3. annal.
Boiorum.

Alua, & Medina Cæli, insusurrare can-
dem perpetuò cantilenam, nihilq. præ-
terea , nisi hanc duntaxat auream per-
orationem:

*Et fidei & vita me redde
priori.*

CO.

can-
præ-
per-

165

COLOPHON ATQVE APPENDIX AD ILLVST.

DOMINVM D. FVLGENTIVM
de Bragantia, almæ Lusitaniæ suavia, DDiuo-
rum Sereniss. Regum D. Philippi R.eius no-
minis ij. Hispaniarum cognatum intimum;
D. Sebastiani primi, R. Portugalliae auuncu-
lum dilectissimum.



N Theatrum, Illustris-
sime Heros, ab Ori-
ente in Occidentem , à
Meridie in Septétrio-
nem patens , vt spo-
pondi. En amphithe-
tricā scenā diuersis-
simarum gentium, tam ætatum, quām cli-
matum quorumq. in eiusdem fidei Chri-
stianæ orbē vnum coëuntē . En periodū
compendiosam omnium temporū à Chri-
sto passo hucusque, omniū locorū, omniū
populorum in eiusdem ipsissimæ religio-
nis sententiam redeuntē , conspirantem,
coniurantem amicē. Trium harum ma-
ximarum rerum vniuersitatē Christi re-
gno iure cum primis hæreditario, deinde
tanquam reciprociamoris, officij, merito-

L 3 runi-

rumque dignam vicem, operumque eius
mutuam dignamque compensationem,
Deus Pater Opt. Max. reddidit, gratitu-
dinis ergo. Et quidem hanc notam a Nu-
mine inditam, nulla vetustas eradicare, nul-
la locorum intercapedo obliterare, nulla
populorum varietas obscurare valet, nisi
una duntaxat temporum, locorum, popu-
lorum malitia; quae denique conflata in
Antichristi tyrannidem, euadet in totius
mundi postremo exitium. Hinc sola Ro-
mana Ecclesia suo legitimo iure hac-
tus Catholica nuncupatur, sanctis Pacia-
no Hispano, Epiphanio Cyprio, Vincen-
tio Lyrinensi Gallo, Optato & Augusti-
no Afris, sacris (inquam) ancoris, (vnde
se sinere auelli, sacrum religiosumq. pia-
culum est) auctoribus. Nam cum tec-
rint ab initio nascentis Ecclesiae haereses,
nomini istuc ita haec sibi propriè vendica-
uit, ut quantumvis haeretici quique dici
potius, quam esse semper voluerint Ca-
tholici; attamen si quando de Catholica
quaestio est, nemo vñquam huc impuden-
tiæ improbitatisque vénit, ut suam ausus
fuerit asserere. Quo certè argumēto non
solum D. Augustinum (quod habet con-

Veteres & apo-
stolicas ecclæ-
sias vocari so-
lere Catholi-
cas ex haeresi
Miletiana li-
quet apud
Epipha. to. 2.
l. 2. hær. 68.

Cap. 4.

tra epistolam Manichæi, quam vocant Fundamēti) verūmetiā orthodoxos vniuersos ipse Catholicæ titulus in Ecclesiæ Rom. gremio sinuq. meritò retinere debet. Quō siquidem de Satrapæa seu Dynastea Pontificia ac solida firmitate Sedis Apostolice Romanæ (inquam) quippiam dicam; profectò, signū bellicum, quo socij ab hostibus olim discernebantur, in exercitu equidem Marij fuit Deus Lar; in castris Syllæ, Apollo Delphicus; inter Cæsarianos, Venus genitrix; in illa naui Alexandrina, qua S. Paulus Syracusas, Puteolos, denique Romam deuectus est, Dij Castor, & Pollux; apud Romanos priscos, hodieque apud Imperatores Germanos, aquila Iouis (vt fabulabantur Poëtæ) ales armigera labarum vexillumque insignit militare, auro argentoque intertexta, & gemmis alijsque preciosis lapidibus] radiorum instar intermicantibus, eamque à militari turba erat moris adorare. Aquilam in sacro bello aduersus Maxentium, Licinium, Maximinum, aliosque Christianæ fidei hostes, Diuus Constantinus M. A. sacrosanctæ Crucis effigie atque icone commutauit; neque id sine numi-

Ipsissima ref.
sera seu nota
Ecclesiæ Chri-
stianæ.

ne Diuūm , sed oraculo diuino monitus fecit , ne quis imagines hominum commenta cauilletur : id quod sexcentis penē historijs testatum , posterorumque memo rię mandatum est . Hanc consuetudinem egregiè sunt imitati sacrā militiā adituri ambo Theodosij Impp. A A. Valentiniani AAA. Heraclius A. Clodouæus R. Christianiss. Pippini RR. Carolus Mag. Imp. A. cæterique hactenus seu Reges , seu Imperatores , signa cum Saracenis , Mauris , Turcis , Hæreticis , collaturi . Certissima significatio aduentus Messiae secundum vaticinium S. Prophetæ Hieremie (vti habet D. ille mag. Dorotheus Tyri episcopus in sua Synopsi) erat , quòd omnium nationum , linguarumque populi adorarent lignum . fuerunt quoq. pacis ac belli olim apud veteres seu faciales , seu caduceatores , symbola atque tesserę quedam : inque Romanorum castris Consul sive Imperator exercitus sub noctis crepusculum , antequam sese tenebrae intenderent , tabellam militiæ Tribunis dabat : ij verò eam ad Centuriones , hi porrò ad Decuriones , & isti demum ad vnumquemque suæ decuriæ militem gregarium perferebāt .

Ita

S. Dorotheus
claruit Dio-
cletiano , &
Max. Impp.
A A. vñque ad
Iulianu Imp.
apostatam , cu
iis tyrannide
per martyriū
est sublatus
centenario
maior,

Ita illi suæ securitati , hostium dolis malis prohibendis, consulebant. Tabula siue tessera militiæ Christianæ , sicut lampas cursu olim inter currendū in stadio Olym pico, tradita à Deo Patre Christo Domi no cāpidauctori; ac deinde per alios aliosq. Tribunos, Centuriones, Decuriones per tot temporum curricula , per tot Eccle sias, per tam varios populos, per tot idio mata, per quatuor vniuersi orbis parteis ad nos vsque perlata : ea est (inquit in uitissimus ille Christianorum militum totius Orientis Tribunus S. Athanasius) Respoſt. 26. & 71. ad quæſt. Antiochii principis.
quod Christi Ecclesia sit Catholica , & vniuersitate , quam superius dixi, con stans, pertingens, prorogataq; ab initio temporis , à finibus omnibusq; mundi limitibus , ab origine prima mortalium, vsque ad temporum, & orbis & gentium fines vltimos; Antichristi verò & Diaboli Synagoga atq. colonia , & hæreticorum quorumque in vna tantum vel altera sit ciuitate, siue regione, siue natione, idq; vel bullæ in morem vel fumi, puncto , vt sic dicam, téporis . Sic diu olim nonnullā Orientis partē peruerterunt Artiani, vnam vel alteram Ecclesiam occuparunt ad me-

L 5 ridicm

Hier. 1.

*Sed bellum hę
reticorū pax
est ecclesia,
eorumq. dif-
cordia Eccle-
sia confirmat
concordiam;
teste S. Hila-
rio l. 7. de
Trinit. & alibi*

ridiem in Africa Nouatiani; vnumq; cumq; minutum Africæ angulum in Numidia tenuerūt Donatistæ; vt subinde repetit D. Augustinus: Occidentis non nullas Ecclesias in Hispaniis aliquot annorum centenarijs habuerunt Saraceni ac Mauri; Gnosticis, Manichæis, Arrianis, Priscillianistisq; permisti: Aquilonaris plague, vnde, teste oraculo, pandetur omne malum, partim Calvinismus, partim Lutheranismus, partim Anabaptismus sibi portionem vindicat. Sanè quum tot tamque δια διὰ πασῶν discrepates hæreses pafsim fuerint, mutuoq; repugnantes diuersis cum locis, tum temporibus apud alios aliosq; populos, nunc sic mox aliter laruatæ, iam hanc velut personam, aliás alibi aliam induentes, & fucum prætextumq; facientes, quo specimine rectifaciliore negotio decipere valerent; non tam tempus edax rerum, non inuidiosa vetustas eis extinguis plus valuit, atque ratio, qua hæreses sunt & partes, non totum, non integrum, non catholicum, siue vniuersale. Quod autem æquè mirandum est, tametsi quidem sectas hæresiarchæ suas quique, velut cuneos, siue cohortes, &

co-

copias, uti habitū est, sint sortiti in Oriente, Meridie, Occidente, Aquilone; nunquā tamen defuit usquā Ecclesiæ Catho. Conf. Tribunus, vel Imperator, qui non idem caneret classicum, idemque ederet symbolum, seu in Meridie apud Africanas Ecclesias, siue apud Occidentales in Hispanijs, vel apud Aquilonares in Galliis & Germanijs, quod diu olim in suo Oriente ceu præfectura S. Athanasius. Hoc siquidem signo ceu nota in Africa, Optatus Mileuit. Victor Uticens. August. Hippo. (vt Cyprianos, Tertull. Ainob. Cæcilianos, Eugenios, reliquosque proceres Ecclesiæ Africanæ pertranseam) Christi ab Antichristi Ecclesia discreuere, dignoscendamque cuilibet militi Christiano tradidere. Identidem fecere in Hispanijs vnde uiginti Antistites in Synodo Eliberina, itemq. alias & alias Idacius, Ithacius, Arcadius, Probus, Pascasius, Eutychius, Isidorus, Leander, alijq. innumeri hucusque, vt Osios cæterosque eius primæ classis satrapas omittam. Tantundem operę nauerunt in florentissimis illis Gallijs, ne plus dicam, omnes illi Ecclesiarum proceres, quos supra memorauimus,

mus, tota^{que} iam vsque in successione
serie^{que} episcoporum posteritas. Vniuer-
sæ verò hæreses, quæ siue hic, siue alibi
aliquando non nihil emicuere, momento
temporis, ceu vaporis nebulosi caligines,
lamiarum^{que} ac lemurum instar, & eu-
nuerunt, & disparuerunt; adeo^{que} in ob-
liuia quædam Lethæa abierunt, vmbbris
tantùm quibusdam, seu Vergilianis, seu
(quod magis credam) Pythagoricis Μέτεμ-
ψυχωσιῶς ambulantibus, & de homine
personato, in personatum transmigranti-
bus. Cæterùm sola Italia nullam vnquam
hæresim peperit, nullam sciens prudens-
que educauit, aut fouit; nullam vnquam
diu passa est. Id quod cū historicis omni-
bus, tum Irenæo, Cypriano, Tertullia-
no, Vincentio Lyri. Hieronymo, Augu-
stino, alijs^{que} scriptoribus classicis vni-
uersis probatissimū est. Imò verò quum
fides Christiana toto orbe exularet, Ro-
manorum Imperio, editis^{que} principum
sanguinariis cyclicis (quas vocabant) ob-
tinentibus, & necem stragemq.
Christianorū passim præcipientibus, Vrbs Roma
Romani illius cruenti, tyrannicique im-
perij culmen, non solum fidem religio-
nem-

nemq. est amplexata, verum etiam Christianorum omnium & asylum, & sacra anchora, diuina quadam metamorphosi regum. vicissitudine, effecta est. Quae enim fuerat carnificina Christianorū, facta est portus salutis; quae fuerat domiciliū Deorum, facta est prouincia Sanctorum; quae erat magistra erroris, reddita est non tantum discipula, sed magistra, sed domina, sed præses veritatis. Quae nuper exeruerat κυριοπαθείαν superstitionis, cœpit aperte Παιδαγωγεῖον Christianæ religionis; adeo, ut quae fuerat, non ita pridem, scola vitiorum, facta sit toti terrarū orbi pædotribia virtutum: vti eleganter pariter & eruditè prosequitur S. Leo Pont. Max. Romam verò nunquā dedidicisse fidem semel acceptam, neque ab ea desciuisse vel culmum latum, præter eos quos percensuimus, Leo quoque affirmat Ser. aduersus hæresim Eutychetis. Denique Ecclesia, cognomento cum diuino, tum humano Catholica, dudum sursum deorsum agitata, variisque periculis iactata,

nec terris secura nec alto;

Denique dum visum est superis, deferuit
estus

Serm. 1. & 2.
in feriis SS.
Pet. & Paul.
& in Sermo-
nibus anniuenter
sarij diei suæ
assumpt. &
alibi.

Ty-

Tyrānidis Neronis, Domitianī, Traiani, Adriani, Antoninorū, Seueri, Decij, Valerianī, Galienī, Aurelianī, Diocletianī & Maximiani Augustorum, multarū myriadū sanguine necibusque consecrata religione, Numiniq[ue] deuota tandem (inquam) Ecclesia Cathol.

*Per varios casus, per tot discrimina rerum,
Appulit in Latium, sedes ubi fata quietas
Diu ostentarant.*

Vt vbi fuerat rerum potitus fastus, & orbis superbum imperium dedicandæ, vindicandæque superstitioni, ibi principem locum acciperet ambitionis cōtempitus, nuncupandæ, afferendæque augustæ religioni; imò verò enim uero, ibi traderet symbolum, ac quam diximus tesserā, Catholicæ professionis, qui sibi notam inficerat defectionis; foretq[ue] exemplar, ac uelut Archetypus sanctissimæ religionis, qui pridem ediderat exēplum turpissimæ negationis; postremò vt esset velut quādam monomachia, & lucta palaestrica inter principem idolomaniaæ, pietatisque Christianæ; Reginam imperij terreni, ac ducem cælestis regni; fundamentum ciuitatis Diaboli, & basim ciuitatis Dei;

pa.

iani,
Vale-
ni &
yria-
a re-
n(in-
rum,
ietas
s, &
ndz,
inci-
em-
ustæ
leret
Ca-
nus-
c ve-
, qui
e ne-
quæ-
a in-
sque
ni, ac
n ci-
Dei;
pa-

patronum idolorum, & coryphēum aō-
stolorum ; Pontifices simulacrorum, &
Pontificem Max. Symmystamque S. Pe-
trum Christi Pont. Max. Vicarium. Atq.
ita non tantū ut vult M. Tul. Cic.

Cedant armatogae, concedat laurealingue:

Verūmetiā istuc falsum esse liquidissi-
mè perspiciatur quod inquit Martialis I. i.

Omnis Cæsareo cedat labor amphitheatro.

Neq. enim solūm Imperij fasces S. Pe-
trus pedibus subegit, sed longè præstantio-
ra erexit monumenta Christiani cultus,
quām fuerāt triūphantis imperij: iecit &
firmiora fundamenta æternitatis, quā illi
olim principes moles aut colosso felicita-
tis; & latius prorogauit pomēria religio-
nis, quām vnquā antea fuerant seu fasto-
rum cōsulariū, seu Imperatorum de pro-
ductis coloniis, triumphatisq. prouincijs
insignia atque decora.

Tantæ molis erat Romanā condere gentem.

Huic inde ab apostolis perpetui tēpo-
ris, cunctarū Ecclesiarum, cunctarūq. gen-
tium in fidei Cathol. confessione Deus
Opt. Max. cōcessit principatū; huic inquā
Eccl. Rom. eidemq. Catholicę in omnes
reliquas; *Imperium sine fine dedit,*

ad eō

S. Dorotheus
S. Petrum Co-
ryphēum sub-
inde vocat i.
caput & pri-
matem apo-
stolorū : item
Hiero. Augu.
Chrysostom.
Grego. Naz.
Basil. cæteri-
que oēs nunc
caput, iā ver-
ticem, iam fa-
stigium, iam
columnen seu
decus, alias ba-
sim, fundamē-
tum, petram
super quam à
Christo adi-
cata est Ecclē-
sia; alibi Ec-
clesiæ pasto-
rem, aposto-
lorū ducē ac
principem, ali-
bi alij alijque
alio & alio ep̄
theto seu co-
gnomento at-
que titulo S.
Petrum appel-
litant, sed ea-
dem præfe-
cturæqua Ro-
mana, quæ Ca-
tholica est, si-
gnificatione.

Adeò vt nō solū arma, non solū lau-
rea, nō modò moles Adriani, nō tantū ar-
cus triūphales, aut pyramides quęcūq. to-
gæ linguæque S. Petri concesserint, verū-
etiam imperium ipsum totum, quantum
quantum erat; vti ex donatione D. Con-
stantini apud Photiū Patriarchā Constāt.
Tit. 8. C. 1. liquet. Togatā nāque linguam
seu auctoritatem S. Petri, esse clauem celi
& inferni, vitæ & mortis, nemo nesciet,
qui siue Græcis, siue Latinis césoribus cir-
ca illud; Quodcūque ligaueris super ter-
ram; &c. māsuetam & Christiano dignā,
Catholicāque accōmodabit aurē. Isthoc
Romanorum Imperio inclinato abroga-
toq. (sioraculis Diuinis aliquid tribuendū
est Daniel. 2.3.4.7.9. Matt. 24.2. Thess. 2.)
non nīl tyrannis Antichristi est grassatu-
ra in omnes Christiani nominis cultores;
vti interpretati sunt latè D. Episcopus &
martyr Hippolytus, August. Hiero. Me-
thod. Grego. Papa, Prosp. Io. Damasc.
Isido. Niceph. Call. Raban. Ottho Fri-
singens. alijque infiniti, qui ex sacris lite-
ris Antichristi aduentum pr̄fagierunt.
qui omnes, tanquam uno ore locuti, cer-
tissimam Isagogen Antchristianismi ceu-
rudi-

Matth. 16.

Compendiosa
Paræcœue An-
tichristi, est
misoliturgeia
seu odium iu-
gis sacrificij.

I. de Antichri-
sto.
I. de ciuit. 20.
cap. 23.8. &
I. de Antichri-
sto super
Danie. 4.7.9.
In fine.

tudimenta seu elementa esse misoliturgiam, id est, odium altarium, téplorum, sacrificij incruenti, sacerdotum, & eiusmodi. Quod quidem si verum est, egesta incunabula parant iam iamque venturo Antichristo Iconomachi, & themachi, ac misoliturgi moderni (inquam) Guesij, & Hugonotti. strenuam nouant operam suo patrono, belli alumnii. Perelegantes gemmas ac flores emit-
 tit bruma frigescentis charitatis exco-
 stos, veritatis æmula, criminatrix, pellex
 hæresis. Tot certè mihi (siquid ego sapio)
 gradibus videtur mundo propinquior
 Antichristus, quot punctis momentisque
 crescit licentia hæreseos. Quid exspectan-
 dum est reliqui, mediatoris vnicui sublati
 sacrificio, ablata cruce qua sumus redem-
 pti, qua (inquit Hippolytus) in frôte pin-
 gendi sumus, quam ut mundus nequi-
 tia impietateque exæstuas conflagret incen-
 dio, & nullum percipiat supplicij re-
 medium, qui Diunum hominumq. semel
 contempsit patrocinium. Recte itaque
 mihi putatur vaticinatus Lutherus, nulla
 fesse magis posse incômodare re, Imperio
 Romano, hoc est, nihil ita posse commo-

1.4. Moral. c.
11.12. & 1.12
Moral. c. 21.
1. de dimidio
tē. cap. 4.
1.4. de Ortho.
6. cap. 27.
1.1. de sum.
bo. c. 28.
1. 4. ec. hist. c.
1.4. 9. de An-
tichristo.
1. 8. c. 7. &
seq.

Ezech. 9.
Apoc. 7.

M dare

dare regno Antichristi, manibus pedibusq; promouendo, remis, velisq; ue accelerando, citis equis accersendo, cui impediò sti debat, quām exibilato Missæ Officio, & sacrosanctæ Eucharistiæ valere iusso Sacramento. Hanc victoriam, ille existimabat patris sui Antichristi triumphaturi compendium, quam omnes sancti Patres semper sunt arbitrati perituri orbis methodum.

Hæc habebam, Heros amplissime, quæ velitationis instar, aduersus nouatores omneis hæreticos, de Gentium quarumque ad fidem Christianā vocatione, differerem, & tanquam in scena ob oculos ponere. Id eo feci consilio, vt nostrates Belgæ, & Flandri, deposita nouarum rerum cupiditate, quæ ferè aut per se se małe sunt, aut suopte nomine vehementer suspectæ, M. Tull. Cicerone auctore, habeant seu tempora quæ consulant, seu loca quæ inspiciant, seu populos orbis in primis Asiani, & Africani, deinceps Europei ac Indici, imò verò maiores nostros universos, religiosissimos mortales illos, quibuscum ac secum, quum de fidei religiosisq;. Diuinæ sacræ quippiam controuerendum

tendum duxerint, loquātur. Ne verò vel temporum, vel Ecclesiarum, vel populo- rum aliquam exceptionē sui erroris, (ma- litiā omitto) prætexat quispiam; sunt hic Asiani, sunt Africani, sunt Europei, sunt Indici populi, si de linguis quæstio est; sunt Græci, Hebraici, Chaldaici, Syriaci, Sarmatici, Gethici, Gotthici, Theutonici, Britannici, Gallici, Flādici idiomatis lin- guarumq. omnium quæ sub cælo sunt. Mirū est atque prodigiosum, proffus nul- lum istorum vel populorum, vel idioma- tum sonare, dicam an tonare istos putidif- simos fescéninos Lutheranismū, Caluinismum, Mennonismū, vel certè Lutherū, Caluinū, Mennonē hic sub nullo circulo, nulla sphæræ zona, nulloq. climate, neq. apud Hebræos, neque apud Syros, neque apud Græcos, neque Latinos, aliósve quo- uis reperire suæ factionis vel vnum, qui- cum ipsis conueniat. Nam dicere nem- nem fuisse post Christū, & apostolos vel Christianæ vel apostolicæ doctrinæ, tam est insolens, absurdum, improbumq; que, quam Lutherum, Caluinum, & id genus hominum monstra facere euangelij, ve- riique verbi Dei primos auctores. Si verò

M 2 dicant

dicant aliquos alibi locorum, vel gentium
fuisse Christianos à passo Christo, & apo-
stolis mortuis; saltem vnum nominent,
& sic nobis caussam decident. Hæc fuit
ratio huius mei instituti, Illustrissime Prin-
ceps, quo Maiestati seu Diuinè rebelles in
fide & moribus, seu Regiæ in moribus ac
conatibus, discant, quām speciosa sit ver-
botenus illa Pandora Hesiodiana, quam-
que sit exemplis factisque suis speciosis,
promissis cōtraria, Hæresis. Deinde illis té-
poribüs velut auctoribus existiment, illis
locis & Ecclesijs, quas citauimus, tanquā
diffinitoribus dictatoribusq. concedat, il-
lis populis tanquā arbitris atq. auctoribus,
graphicis & classicis, quæ tenēda, quæ fu-
giēda sint, decernat. Id quod si faxint, Iouē
lapidē deierauerim Ædepol (vt ita loquar)
faciliūs clauā Herculis extorqueri posse,
quām istuc è manu sinant eripi tam fir-
matæ affabreq. roboratæ fidei manubriū.

Neq. me latet, Illustrissime Princeps,
præter loca orbis plurima & Ecclesijs,
etiam tempora ætatesq. non paucas inde
à Christo hucusque, deinde populos quo-
que cōplures hic desiderari, qui hic à me
non sunt censi; præsertim quum diligen-
ter

ter sciam, auctorem secutus D. Hieronymum, septuaginta millia angelorum custodum præsidumque esse mortalibus suis quibusque prouincijs præfectorum, præterea in totidem gentes hominum idiomata distincta. Cæterum hoc genus argumenti ter maximè vtile, & confutandis hæresibus quibusque peropportunum ratus, & paucos admodū ex amissim illud pertractasse cùm nō nescirem, volui rem quoquo modo attingere; fore existimans, ut alijs alijsq. aliarum seu nationum, seu gentium, quarum mihi res nō ita perspectae sunt, occasione præbeam hisce meis inuentis, ceu manipulis, ceu centuriatis cuneis, suas legiones, suas chiliadas, suas myriadas, vti addant auxiliares.

Vnus Euseb.
Cæsareæ Pal-
lestinae Epis-
copus, egre-
giè & pœpa-
rationes &
demonstra-
tiones scri-
psit, vt Hie-
ronymi, Gen-
nadij, So-
phronij, Ho-
norij, Augu-
stodunensi.
reliquos bre-
ues catalo-
gos omittā.

*Non cuius homini contingit adire Corinthū:
Est quodam prodire tenus, si non datur ultrā.*

Quod si hasce phalangas socialibus cohortibus auctiores in arenam campumq. apertum produci aliquando video; neq. me pœnitebit suscepti laboris, & mihi cōgratulabor meas copias, iūctis aliis copijs numerosioribus fortiores redditas, & eiusmodi arcem iam tunc contestabor fidenter, hæresēon sibilis, schismaticorum co-

M 3 na-

natibus, nullis inferorum machinationibus expugnari posse, afferamque monumentum prorsus ære perennius.

Totius ope-
ris status, &
scopus au-
toris.

Id verò pensi moderatiique lector seu prædicator (cui operose officioseque hūc nostrum laborem seruire cupiam) habere debet, ut cùm primis, sepositis affectibus, hac velut censoria virgula vtatur.

Quando, vbi, apud quos populos, fidem religionemque Christianā obtinuisse cōperiet, eādem opera existimet ilico, iudicetque fuisse ibidem Doctores, Pastores, Euangelistas, Apostolos, Prophetas, Sacerdotes, Diaconos, Episcopos, reliquosq. symmystas religionumque antistites, & hierarchiā ecclesiasticam vniuersam, quē admodum eam partim apud S. Paulum aliosque apostolos, partim apud S. Lucā in Actis, S. Clemētem Ro. in institutionibus Apostolicis, S. Ignatium Antiochensem in Epistolis, Dionysium Areopagitam primum Atheniensium, demum Parisiorum Episcopum, cæterosque apostolorū alumnos, descriptam legere est. Deinceps porrò arbitrari oportet cum eodem euangelio, eadē totidemq. vbiq. terrarū, gentiūque, ab apostolis cōsecrata fuisse sacra-

men-

menta, sicut à Christo Domino instituta,
traduce manu acceperant. Iam verò nulli
ambigendū est, quin illi sacri mystæ ope-
rati sint sacrī, à Domino iussis fāncitīsq.
& Liturgias ac Missas peractas, pro viuis,
proque defunctis; hymmodias, & psal-
modias (vti vel à Davide, vel apostolis, vel
angelis traditæ fuerant) decantatas; ordi-
nis ecclesiastici exarchatum, Christique
in terris vicariatum, vigente disciplina,
floruisse; traditionem ecclesiasticā suum
robur, sanctionesque & ante & post præ-
dicatum verbum Dei, vires habuisse. Prę-
terea nulli dubium est, stata Vigiliarum
(quarum nos vmbram tantum tenemus)
feriarum, litaniarum, iejuniorum tempora
vbique passim fuisse, nec non ciborum
vestiumque delectum: item templorum,
altarium, facrorum vasorum, & reliquarū
rerum, Numini dicandarum, & Ecclesiæ
familiarium cōsecrationem obseruatam.
Monasticæ seu solitarię iuxta, & cœnobiti-
cæ vitæ conceptis votis professionē ce-
lebratam, vbiq. non tātum ex Actis apo-
stolicis, verumetiam exemplis variis Mat-
thæi apostoli, Marci Euāgelistæ discimus.
Sicut enim fuerant olim veteris instru-

Act. 2. 2. 4. 5.

M 4 menti

tioni-
nonu-
or seu
e hūc
haben-
fecti-
ur.
idem
se cō-
iudi-
ores,
, Sa-
mosq.
, &
qué-
lum
Lucá
ioni-
hen-
itam
risio-
lorū
ceps
uan-
gen-
cra-
nen-

menti Nazaræi, Prophetæ, Essæi in populo Iudaico quædam virtutum exemplaria & incitamenta; ita in Christianis Ecclesiis lumina quædā alijs sanctimonia prælucere oportuit. Nazaræi sanè & Prophetæ, suæ vitæ genus à Deo acceperunt. Essæos verò à Ionadabitis, & Rechabitis originē ducere, de quibus Hiere. 35. multo Pharisæis esse præstantiores, Iosephus, Philo, Euseb. Cæs. & alij. testantur. Quale verò esset (amabo) institutos fuisse ab apostolis in Palæstina, & Syria cœnobitas, voluntariæ spontaneæque paupertatis cultores, & S. Marco quidem erecta in Ægypto semneia, & monasteria; id quod Eusebio Cæs. Niceph. Call. Georg. Cedren. alijsque auctoribus certo certius est, & nō easdē religiones ab apostolis alibi atq. alibi dedicatas. Quid enim esset S. Matthœū Ephigeniam Reginā, aliasq. virgines vellare, earumque pudicitiam Domino nuncupare in Æthiopia, & non alias itidem apostolos alibi? Vnde nobis Missa liturgicaque operatio S. Iacobi apostoli Hierosolymitani pro viuis, & mortuis; si neque pro viuorum salute, neque pro requie dormientium sacris sunt operati reliqui apostoli?

stoli? Cur S. Ioánes tot Ecclesiás instituit
in Asia, cur tot fundauit S. Thomas in In-
dia, Apostoliq. alij & alij alibi, si nobis iā
sunt pœnitédæ Ecclesiæ? Ad quid S. Pau-
lus singulis quibusque ecclesiis presbyte-
ros, episcopos, doctores, pastores, aliósue
dispensátoreſ mysteriorum Dei ordinan-
dos decreuit; si nos illos impune aut amo-
uere, aut spernere contemptuique habe-
relicet? Neque mihi tam cœnobitæ, syno-
ditæ, anachoritæ, monachi, eremitæ, asce-
tæ, therapeutæ mares, therapeutidæ fœ-
minæ, alijque mundo renunciantes, ac pu-
re Deum colentes, ab apostolis recens in-
stituti vidétur, quām genus hominū Deo
seruientiū ad amissim, & regulam quā-
dam ab apostolis redactum, illisque apo-
stolos siue cœnobia, siue monasteria, siue
semneria, siue oratoria ædiculaſque extru-
xisse, & consecrasse. Denique apostolos
ipſos, iactis passim toto orbe Christianæ
fidei fundamentis, sarta tecta quoque cu-
raisse, facilè mihi fidem facit parabola,
qua didicerant prudentem architectum Luc. 14.
debere, præmeditari sumptus perficien-
do ædificio impendendos. Evidem Antiochiae, Nicomediæ, Tyri, Thunniti, Ale-

M f xan-

xandriæ, Thebaidi, Mileuitæ, Sidoni,
 Cappadociæ, Cæfareç, imò per totâ Phœ
 niciam, Phrygiâ, Palæstinâ, Syriam, Ægy-
 ptum, Mauritaniam, Africamque vigui-
 se cœnobitarum, ascetiarum, solitariæq.
 vitæ professionem, facili negocio probari
 potest. Nam in eos potissimum eorumq.
 templo maximè desæuiit Diocletiani, &
 Max. Herculij Impp. persecutio, Euseb.
1.8. cap. 1. & sequent.
1.7. c. 3. & seq.
 Cæs. & Niceph. Cal. alijsque auctori-
 bus. Quàm immaniter, quamque in-
 dignis modis Virgines sanctimoniales,
 monachos, Episcopos, omnemque cle-
 rum ac Sanctorū reliquias Julianus Imp.
 apostata habuerit, prescribit Nicéphorus
 Call. I. 10. c. 4. & seq. Ruffin. I. 1. c. 32.
 & seq. Socrat. lib. 2. cap. 1. & seq. Theodo-
 rit. lib. 3. cap. 15. & seq. Sozom. I. 5. c. 2. &
 seq. Cassiodo. hist. trip. I. 6. c. 4. & sequent.
 Diuorum autem ad sepulchra, cryptas,
 cœmiteria & memorias martyrum (quas
 inquiebant) inuocationem, cinerum san-
 ctarumq. reliquiarum ὑπὸ γλεῖαν, statua-
 rum, & sacrarum imaginum cultum, ce-
 reorumq. sacratorū usum familiarē Chri-
 stianis fuisse, postremò christiani, cinerū,
 atque palmarum quotannis, aquæ & salis
 heb-

hebdomadatim, aut crebrius benedictio-
nem frequentari solitam, reliquamque
omne Christianae pietatis panopliam du-
dum toto orbe inde a Christo, & aposto-
lis (quae nunc a male feriatis homuncio-
nibus quibusdam controuertitur,) neu-
tiquam in quæstionem veriter qui vel S.
Hieronymum contra Vigilantium, vel hi-
storias tenuiter gustauerit; quiique ex vna
Ecclesia didicerit nosse omneis. Quic-
quid igitur religionum, theoriæ, mysto-
logiæ, sacrorumque in vna traditum, cre-
ditum, obseruatum esse, vel literis Diui-
nis, vel probatis historiis in confessu est,
in cæteris omnibus tantundem fuisse &
traditum & creditum, & obseruatum, ne-
mo sobrius sanæque mentis ibit inficias.
Vnam siquidem qui norit, omneis norit,
cum omnes in eadem schola sint edoctæ,
omne semel & doctrinæ veritatè integri-
tatemque, ac vite cum puritatè, tum pietatè
ab eodem pedagogo Spiritu sancto. Alio-
qui qui steterit suis promissis Christus, no
fatis intelligo. Scitum quoque est illud S. Pauli,
Ioan. 14. 16.
2. Cor. 14.
non esse dissensionis Deum, sed pacis.
Hæc sunt theoriæ Christianæ symbola,
ceu tesserae quadam (nam in nullum re-
ligi-

ligionis nomē seu verum, seu falsum coagulari homines posse, nisi aliquo signaculorum vel sacramentorum visibilium confortio ac communione colligentur, locuples auctor est S. Augustinus variis locis)

1. 19. cont.
Faust. manich.
cap. 11. qnæst.
2. ad Simpli-
cianum Epis-
copum Me-
diolanensem,
lib. 3. de pec-
cat. merit. &
re. cap. 15.
Ser. 181. de
temp. 3. in
Vigil. pente.

quarum vis tanta est, tantumque valet, ut seu neglecta, seu cōtempta, seu minus ex virtute æstimata, nō tantū reos, sed sacrilegos efficiat, vsus verò eius dignus ac legitimus, ingenuos Christianos. Inpiè namque (ait S. Aug.) contemnitur, sine qua neque pius quispiam, neq. pietas constare potest. Neque satis est hisce sacramentalibus notis præferre Christianū, eiusque nominis cultorem, nisi se se factis quisque declareret item amatorem, ac specimeni professionis in ore, habitu, aut alio signo exteriore, respondeat veritas iustitiæ bonæque frugis in operatione; vti passim legere est apud scriptores Cathol. vniversos, præsertim S. August. de fide, & operibus, l. de Spiritu & litera, l. 21. de ciuit. Dei c. 15. & sequentibus. Hic totus in hoc est vt persuadeat, nulli prodesse vel Baptismi, vel Eucharistiae, vel aliorum Sacramentorum communionem: neque fidem, neque eleemosynas, neque preces,

auf

aut merita sanctorum , neque aliud quicquam, absque fide per dilectionē operante , in qua salutis vadum etiam S. Paul. Galat. 5. esse asseuerat . fecerunt nimirum duas ciuitates, perficientq; amores duo;

(inquit) amor Dei vsque ad cōtemptum
sui, ciuitatem cælestem ; amor sui vsque
ad contemptum Dei terrenam , adeo vt
nihil referre arbitretur , fidei religionisq.

Istuc ipsum
latè profe-
quitur S. Sal-
uianus Mass.
li. 3. & 4.

Christianæ militię nomen dedisse, nisi ad
maiores cumulum damnationis, si indi-
gnam vocatione quis vitam degat. & hoc

planè facit illude eiusdē Aug. in. 2. c. epist. I. Tractat. 3.

Iac. Corrige quod tu fecisti , vt saluetur
quod in te Deus fecit. Si autem non vis,
& amas , & amplecteris peccata tua, con-
trarius es Christo. Intus sis , foris sis, Anti-
christus es. Intus sis (per fidem Cathol. &
Sacramenta) foris sis (per schisma aut hæ-
resim) palea es excutienda, non triticum

in horreum Domini colligendum . Hæc Matth. 13.

cō referri velim, vt interea dum de voca-
tione gentium ad fidem Cathol. differi-
mus, non videamus alterā Christiani ho-
minis partem negligere ascetarum illo-
rum, quos diximus, theoricam vitæ ratio-
nem , quæ olim compluribus Christianis

tan-

tanquam cōmunis regula, & fidei Cathol. conqua, summo studio fuit. Legē igitur sibi indixit innocentiae, qui fidem Catholicam suscepit: magnaq. omnino incumbit necessitas exercēdæ virtutis ijs omnibus qui Catholicæ religioni nomen dederunt, si meminerint se degere ante oculos vniuersorum Domini, non solū utramque Vrsam vel polos ambos spectatis, vel utriusq. hemisphærij borealis, & australis horizontes seu finiētes, quos vocat Cic. 2. de Dīuinat. peruidentis, sed etiam occultissimos quosq. cordis sinus penetrantis Dei pariter ac existimantis. Sicut animi enim appéndix est corpus, quod inquit Cicero in Hortensio, ita fidei Cathol. religio & pietas cath. ibi microcosmus homo vniuersus; hīc vniuersa fides perficitur, atq. formatur, velutq. extrema linea politur. Quocirca argumentum istuc, & perpetuum erit, est, fuitque semper titulo catholici nominis firmissimum, vniuersis Græcis pariter & Latinis scriptoribus admodum commune & frequens, pro orthodoxia aduersus quascumq. hæresēon sectas vindicanda. Id quod elegantissime iuxta ac eruditissimè probatum facit, & liqui-

liquidum, vnicum illud Poloniæ columē,
sempiternūq. generosę Germaniæ decus,
illusterrimus reverendissimusq. Dominus
meus S.R.E. Cardinalis Varmiensis, quām
optimè de Rep. Christianameritus, D. Sta-
nislauſ Hosius, illi magno Hosio episco-
po Cordubensi Hispaniæ ornamento fin-
gulari, qui magna pars fuit Concilij Ni-
ceni primi, Constantino Mag. Imp. A. Syl-
uestro Pont. Max. ei (inquam) viro non
vulgari, aut secundus, aut certè non in-
ferior, vir vndequāque omnibusque nu-
meris absolutus, in quo nihil præter æta-
tem desideretur, adolescentiorem & mi-
norenem, de quo sanè satius duxerim
filere, quām (vti de Carthagine inquietabat
Crisp. Sallustius) pauca dicere. Vtinam
profetò sicut Ecclesia Polonica habet pa-
storem bonum Hosium, vtinam quemad-
modū Ecclesia vestra, Illustrissime Prin-
ceps, Portugalensis, felix illa fortita est
D. D. Emmanueles Dalmada, Hierony-
mos Osorios, & alios eius classis Heroas
raros, ita reliquę orbis Christiani Ecclesię
omnes eiusmodi columnis ac basibus ni-
teretur; certè nō deessent Ecclesię Catho-
Reges & Imperatores A. nutricij, neque

In Confess.
Polonica §.
de fide & Sym-
bolo, §. de no-
tis Ecclesiæ
1.4. de tra-
dit. Ecclesiæ.
1.5. de Eccl.
Cathol.

ob-

Si essent sem
per Ambro-
sij, & ciusmo-
di ecclesiæ
patres; non
deessent Theo-
dosij & Pla-
cillæ A.A.
nutricij.

obstetrices reginæ, atque imperatrices. A.
nutrices; quos Dominus Ecclesiæ Catho.
à crepundijs diu olim Esaia vaticinante
est pollicitus. Vale vir Princeps ornatissi-
me, & tuum Arnoldum mutuo amore,
vticœpisti, complectere. Datum Antuer-
piæ, inter tonantium fulminantiumque
bombardarum immanes crepitus, perpe-
tuasque cum hæreticis rixas atque con-
flictiones (vnde nobis nostroque mu-
sæo Deus Opt. Max. hasce inducias con-
cessit, & succisiua ocia fecit) decimo Ca-
lendas August. 1572. anno.

AD

A D L E C T O R E M
ECCLESIAE CATHOLICÆ TRIUM-
PHANTIS CANDIDATVM.

Habes, candide Lector, Ecclesiae Cathol. quā cuncti credere, & exosculari tenētur, qui suæ saluti consultum volunt, varijs & locorum, & temporum, & populorum exemplis rationem probat. onemq;. Tuæ integritatis fuerit, huic Catholicæ integritati sempiternum inhærere, hancq; Ecclesiae Cathol. uniuersitatem vita chariore du-

cere, velutq; asylum sanctissimū, sacerrimamq; anchorā vlnis ambabus amplexari. Extra hancnāq; Eccles. Cathol. non sunt serui, nō sunt amici, non sunt filij Dei, & Christi eius, sed Antichristi: non sunt nisi paleæ quæ ventilabro, cum nuper grassantis tēpestatis (vti vidimus) tum futuri iudicij exagitatae, in aeternas flamas exhibilanda, exufflandaq; sunt. Esse enim possunt extra Eccl. Cathol.

teste D. August. sacramenta, iejunia, precatio- 1. 2. cont.
nes, templa, sacre scripturæ, Diuinae literæ, sed Cresc. c. 10.
prodeesse nō ita, uti multis canonibus liquet, apud & seq.
Gratian. dist. 4. de conf.

1. 2. cap. 4.
Septem libris
cont. Dona-
titas.

1. 19. cont.
Fault. c. 11. 12
in fol. 77. &
103. tract. 3.
sup. epist. 1.
Io. cōt. literas
Petit. l. 1. 2. 3.

Vine vale, si quid nouisti rectius istis,
Candidus imperti; si non, his utere mecum.

Quod si cessas, aut strenuus anteis,
Nec tardum opperior, nec præcedentibus insto.

Carpere vel noli nostra, vel ede tua.
Sæpe quidem auctori infelix cura libelli,

Omnia transuersum dens genuinus agit.

N S. P I S-

S. PISCATORIS PETRI SAGE-

NA, SIVE, CATALOGVS TOTIVS
orbis populorum Christo olim Christianeq.
fidei ritè nuncupatorum, inde ab ipsa na-
scientis Ecclesiæ Cathol. infantia prima, vsq.
ad mundi huius decrepiti henniosiq. extre-
mum delirium.

A BASGI sive Abasagi
pagina. 92
Mal. 2. Achaici 22. 36
Dacherontini. 75
Dominitidæ 44.
Adrianitidæ 44.
Aduatici. 107.
AEgyptij 30. 80.
AEthiopes 22. 23. 24. 25. 26
Afri seu Africani. 27
Agrigentini. 75
Agrippinenses. 55
Aychistandiani. 113
Alani. 92. 93
Alatrinenses. 74
Albani, al. Albanenses. 74
Alborenses. 76
Aldenburgenses. 130
Alexandrini. 30. 80
Almarienses Hispaniæ. 47
Allobroges. 52
Alostani. 52. 108. 109.
Alsatij. 51. 57. 58
Ambasti. 51. 53. 107.
Amasæi. 22
Ambianenses. 50
Ambuariti. 107
Ammoniceni. 45. 80
Anaphipolenses. 35
Anagimenses. 74
Anchemtani. 76

Andegauenses. 49
Angli 51. 52. 59. 61. 65. 93
Anglosaxones 62. 63.
Antibarenenses. 77
Antiocheni 5. 22. 33. 44. 79
Anthropophagi. 24
Antipodes. 141. 142. 143
Antuerpienses 110. 125. 126
Apamienenses. 45
Apodricæ. 129
Apollonij. 35. 44
Aprucij. 76
Apulienses. 75
Aquenses. 49
Aquilaenses. 76
Aquisgranenses. 55
Aquitani. 75
Arabes. 33. 42
Arabes felices. 26. 87
Arabes deserti. 79
Arabes Catholici. 79
Aragones in Hispanis. 77
Arboraci. 51
Atelatenses. 46
Argentinenses. 57. 58. 104
Armeni. 23. 87. 93.
Aruernenses. 48
Assenses. 36
Asiani seu Asiatici. 15. 23.
36. 39.

Atta-

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando

salutem Dominus, & pereatis de via iusta. Cum exarcerbit in breviora eius beati omnes qui confidunt in eo.

I N D E X.

- Attalienses. 34.
- Athenienses. 35.
- Atrebatenſes. 52. 54. 55.
- Auares, al. Abaras. 91. 124.
- Augustani Vindelicorū. 59. 100. 132.
- Aulicenses. 113.
- Aureatini. 113.
- Aurelianenses. 48.
- Australij, al. Austriaci. 58. 123.
- Azotij. 22.
- B A C T R I . 26.
- Baiocenses. 49.
- Barbari. 27. 93.
- Barenses. 75.
- Basileenſes. 58. 104.
- Bataui. 105. 106.
- Bauari, al. Baioarij, al. Boi. 58. 59. 99. 118. 123.
- Belgæ. 51. 107.
- Beneuentani. 75. 96.
- Berijtienſes. 44.
- Berthoēnſes. 35. 45.
- Beruicienes. 63. 67.
- Beunui. 107.
- Biblienses. 45.
- Biscaini. 106.
- Bituriges. 46. 48. 49.
- Bithynienses. 15. 41.
- Bizantini. 22. 42.
- Bizūtini in Burgūdis. 48. 91.
- Boëmi, al. Bohemi. 118. 129.
- Bosphorenſes. 84.
- Bosnenses. 100. 140.
- Boſtrenſes. 42.
- Brabantini, al. Brabantini. 107. 108. 109.
- Braccarenſes. 77.
- Bragmani. 26. 31.
- Bremenses. 114. 115.
- Britanni. 39. 42. 52. 53. 59. 60. 61. 65.
- Britones 49.
- Brixienses. 85.
- Brudenses. 75.
- Brugenses. 109.
- Bruxellenſes. 111.
- Bulgari. 100.
- Burdegallii. 48.
- Burgundiones. 89. 104.
- C A T I L L O N E N S E S . 48.
- Calabri. 75.
- Chalcedonēſes Bithyniē. 45.
- Chalcedonēſes in Gallis. 42.
- Calesij in Flandris. 53.
- Cameracenses. 54. 55.
- Campani. 74.
- Canienses. 33. 44.
- Cantabri in iugis Pyrenæi 148.
- Cantones. 52. 58.
- Cantiani, al. Cantuariēſes 66.
- Cappadoces. 15. 79.
- Capernaitæ. 20.
- Capuani. 76.
- Carantani. 124.
- Cairinthiani. 119. 131.
- Carni. 119. 131.
- Carnotenses. 48.
- Carthaginenses in Afris. 27. 42.
- Casinenses. 75.
- Cataloni in Gallis. 48.
- Catanenses. 75.
- Celtiberi. 51.
- Cenchrenſes. 36.
- Cenomani. 45. 46.
- Cæſarcēſes Palæſtine. 22. 79.
- Cæſareenses. 33. 36. 37. 44.
- Cæſaraugustani in Hisp. 77.
- Chijs seu Chienses. 36.
- Cilicenses. 35.
- Coi. 37.
- Cliuenses. 105.

lostuos & vide, omnes iti congregati sunt, venerunt tibi. Viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus velut ornamento vestieris, & circ-

N 2

Clu-

G E.
v s
nēq.
na-
, vſq.
xtre-

Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, ne quando

77
04
23.
Atta-

I N D E X.

- Clunocenses. 62
 Coi. 37
 Cologenses. 77
 Colonienenses. 55
 Colophoniadæ. 44
 Colophonij. 41.
 Colosſenſes. 44
 Compostellani 77
 Coſani 75
 Constantienſes in Germania. 99
 Constantinopolitani. 22. 42.
 74. 80.
 Corinthij. 36. 42
 Coronienſes. 44
 Cretenſes. 41. 89
 Croatiaſes. 100
 Chuui. 91. 92
 Cumani. 140
 Curates. 135
 Churienſes. 59. 94. 101.
 104. 132.
 Cyprij. 22. 33
 Cyrenaici. 22
 Cyrenenſes. 45. 80
 Dacī, al. Dani. al. Daui.
 79. 83. 102. 110
 Damasceni 32. 41.
 Dalmatæ. 42. 100. 101
 Dardani 45
 Deirenſes. 63
 Derbenses. 33
 Dionantenes. 55
 Dōrisceſtrenſes. 67
 Douuerenſes in Angliſ. 53.
 66.
 Diopſpolitæ. 45
 Dyrrachienſes. 44
E B O R A C E N S E S . 62.
 Ebroicenses. 49.
 Eburones. 55.
 Edesseni. 22. 26. 30
 & Eiftettenses 57. 113
 Eleutheropolitæ. 44
 Elberini al. Granatenses. 78
 Elzienses. 113
 Ephelij. 36. 41. 44
 Ergoniense. 99.
 Erythræi. 26
 Eſtones. 135
 Eu litæ. 32
 Europæi. 22. 33
F E R E T I N E N S E S . 74.
 Franci. 46. 93
 Franconienſes. 112.
 Flasdri. 53. 107. 109
 Frisingenſes. 57. 131
 Frisones. 58. 105. 106.
 Fudanenses. 75
G A I E T A N I . 75.
 Galatæ. 15. 35. 36.
 Galli. 39. 46
 Galilæi. 22. 24
 Galiffi in Hisp. 77
 Gandenses. 54. 109.
 Gazei. 22. 45
 Geldri. 105
 Gepidæ. 93
 Germani. 26. 39. 57. 93.
 Getæ. 83
 Gotthi. 88. 93. 96. 102. 103.
 Gradenses 76
 Granatenſes. 78
 Græci. 38
 Guerzenſes. 77
H A L B E R S T A T T E N .
 SES. 114.
 Hamburgenſes. 114. 115
 Hannonienſes. 51
 Hasbani. 55
 Hedui 48
 Helladenses. 41
 Heluetij. 51. 58
 Heraclienſes. 45.
 Herbipolenſes. 57. 112
 Heruli 93. 117. 119. 135.
 Hi-

H
 & filias tuas super numeros portabunt. Et erunt Reges nuntiū, & Regine nutritrices tue, vultum in terra dimicabo adorabunt te.

I N D E X.

*Hiberni 60.63.64.68.
 Hieropolitæ. 45
 Hierosolymitani. 19.20.
 21.79
 Hildesheymenses. 113
 Huicij. 67.
 Hircani. 26.42
 Hispani. 39.46.47.77.
 Hispalenses. 77.
 Hollandi. 105
 Hungari. 77.118.129
 Hunni, al. Huni, al. Chuni
 91.92
 Hyperborei. 102.
 I A D R I E N S E S . 76.
 Ianuenses. 76
 Iberi. 86.96.
 Iconienses. 33.44.
 Idruntinenses. 75
 Illyrici. 38.41.100
 Immetini. 98
 Indi Fortunati. 23
 Indi, al. Indiani. 24.26.31.
 87.96.141
 Irlandi. 66
 Ismaëlitæ. 88
 Itali. 13. & sequentibus.
 39.44.
 Iudæi 19.20.21.22.24.42.
 89.93.
 Iuliacenses. 105
 Iunauientes. 119.
 L A N D I I . 55.
 Laodicenses. 44.
 Lemouicini. 48.
 Leodienses. 55
 Lindissenses, al. Lindistar-
 nenses. 67
 Lingonenses. 48
 Lipnenses 140
 Litani, al. Lirenenses. 110.
 Lituani. 138.140
 Liuones. 138

Londonienses, al. Londinen-
 ses 62.67.
 Longobardi 94.96.
 Lotharingi. 31.56.57
 Lubecenses. 130.
 Lugdunenses. 47.
 Lupplij. 55
 Lusitanî. 47.77
 Luteriani 46
 Lutzeburgenses. 51
 Libyi 45.80
 Lycaonij. 33.35.
 Lydi. 79.
 Lystrij seu Lystræses. 33.44.
 M A C E D O N E S . 22.35.
 36.42
 Magi. 26.31
 Magdeburgenses. 134.
 Magnopolitæ. 131.
 Marcomanni. 119.
 Marathoniani. 42
 Marmaricenses. 45.80
 Masarenenses. 75.
 Massilienses. 48.49
 Mathenses. 120.
 Matisconenses. 48
 Matinenses. 75
 Mattiaci, al. Mettiaci. 105
 Mazarenenses. 135
 Mauri & Mauritanî. 27
 Mechlinienses. 110
 Medi. 26
 Mediolanenses. 41.76
 Megarenenses. 44.
 Mechelburgenses, al. Melre-
 burgenses. 131.
 Meldenses. 48
 Menapij. 105.
 Memiscani. 51.52.53.107.
 Mercij. 63.67.
 Mesî, al. Mesij al. Misij. 35.38
 Metenses. 56.57.
 Miletenses, nûc Maltani 37.7

Ezai. 11.

N 3 Mid

*videt, omnes in congregati sunt, venerunt tibi, filij tui de longe, & filiae tuæ de latere surgent.

I N D E X.

- Middelangli, 63.
 Mindenses, 114.
 Mitylenenses, 36.
 Moabitidæ, 79.
 Moguntiaci, al. Moguntinen-
 ses, 57.
 Moraui, 120.
 Morini, 51. 52.
 Monasterienses, al. Mimi-
 gardenes, 114.
 Mosci, al. Moscouitæ 117.
N A M V R C E N S E S . 55.
 Narbonenses, 47. 48.
 Nauarreni, 106.
 Nazarethani, 79.
 Neapolitani Italici, 75.
 Neapolitani Asiatici, 35.
 Nemetes, 51. 101.
 Nepotolanenses, 42.
 Neruij, 51. 52. 54.
 Nicæi, 45.
 Niceni, 23.
 Nicomedienses, 41.
 Nordambingij, 115.
 Nordanumbri, 62.
 Normandi, 49.
 Nordmanni. 115. 116.
 Norici, 98. 123. 124.
 Noruegij, 79. 102.
 Nouiomenses, 54.
 Numidæ, 27.
 Nusij, 105.
O D Y S S A E I . 42
 Oldenburgenses, 130.
 Orchades, 39. 64.
 Osnaburgenses, 114.
 Ostienses, 74.
PADERBVRNENSES. 114
 Paduani, 76.
 Palæstini, 15. 19.
 Paneades, 44.
 Pannones seu Pannonij 84.
 98. 101. 124. 129.
 habitabit lupus cum agno, & pardus cum hado accusabit vitulus & leo, & ouis simul norabuntur, & puer parvulus minabitos. Pal. 71.
- Pamphilienses, 33.
 Pamphilonij, al. Pompeio-
 politæ, 106.
 Panormitani, 75.
 Papheneses, 33.
 Parisienses, 46.
 Parthi, 26.
 Patareni, 37.
 Patrenses, 23.
 Patriini, 42. 140.
 Phænices, 22. 37.
 Pentapolitæ, al. Pentapoliti-
 tani, 45. 80.
 Pergenses, 33.
 Perinthij, 23.
 Persæ, 26. 87. 96. 92.
 Philippenses, 23. 35. 42.
 Picardi, 49.
 Pictauienses, 86.
 Picti, 60. 61. 62. 67.
 Pisani, 76.
 Pisidienses, 33.
 Polacri, al. Poloni, 77. 110.
 Pomerani, 134.
 Pontiani Europæi, 38.
 Pontiani Euxini, 22. 92.
 Pontini, al. Pontinenses in
 Asia, 15.
 Portuenses, 74.
 Portugalli, 77.
 Phryges, 23. 35. 36.
 Prussi, al. Pruteni, 117.
 Ptolemaidæ, 37. 80.
Q V A D I . 93
R A G V S N E N S E S . 76.
 Rascij, 100.
 Ratisponenses, 59. 132. 133.
 Rauennates, 45. 76.
 Razeburgenses, 131.
 Reatini, 74.
 Reginenses, 75.
 Rhemenses, 50.
 Rhetij, 59. 98. 99. 104. 132.
 Rho-
- gentes seruit ci. Ost. 12. Ro. 9. 1. Pet. 2. Et exi, in loco in quo dictum est eis, non populus meus vos, dicitur eis, filii Dei.

I N D E X.

- Rhodij, al. Rhodienses. 37
 Roffenses, 67.
 Romani, 13. & sequent. 37.
 Romandioiani, 76. (& seq.)
 Rothomagenses. 49
 Rugi. 98. 117. 121. 129. 135
 Russi sive Ruteni, 101. 117.
 S A B A E I, 32.
 Saberi, 91.
 Sabini, al. Sabinenses, 74.
 Sacci. 22.
 Saginenses. 74.
 Salisburgenses. 59. 119.
 Salaminenses, 33.
 Salemitani, 75.
 Samaritæ al. Samaritani. 22
 Sambones, 135.
 Samenses. 36.
 Samogetæ. 140.
 Samothraces. 35.
 Saprienses. 42.
 Saraceni, 88. 98.
 Sardicenses. 44. 84.
 Sardinenses. 76.
 Saxones. 102. 103. 105.
 106. 120.
 Scandiani, 101
 Sclavi, 100, 106. 120.
 124, 129.
 Sclauonij. 76. 129. 140.
 Seleucienses. 33.
 Senonenses. 48.
 Sequani. 104.
 Serbi, 100.
 Schoti, 55. 60.
 Scythæ Asiatici. 23.
 Scythæ Europæ, 22. 83. 92.
 Sicambri, 105. (100)
 Siculi, 75.
 Sinaitæ, 79.
 Sinopij. 42.
 Sipontini. 75.
 Smyrnenses. 42. 45.
- Qui ergo scandalizaverit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo eius, & demerga-
 tur in profundum maris. Vx mundo à scandali. Necesse est enim ut veniant scandalata. Vx autem hominilli per quem scandalum veit.
 Sogdiani. 22
 Solienses. 124
 Sophi. 98
 Soronenenses. 75.
 Spalatenses. 76
 Spirenses. 51. 101
 Spoletani. 76.
 Stalintendenses. 114.
 Stetini. 134
 Stridonenses. 77
 Styrij, 119
 Sueci, al. Suevi. 51. 93.
 102. 115
 Suernienenses, 131
 Suesiones. 30
 Suretini, 75
 Syluanectenses in Gall. 48
 Synopolenses. 22. 23
 Syracusei, 75
 Syri, al. Assyrij, al. Chaldæi,
 15. 23.
 T H A B O R I T A E. 79.
 Tamisijad Scaldim. 110
 Taprobani, 26.
 Tarentini, 75.
 Tartari. 139.
 Taruannates, 52
 Taurisci. 119.
 Tauritani. 76.
 Terracinenses. 75
 Terraconenses. 77
 Tharsensis. 33. 44.
 Thebæi, al. Thebani. 42.
 Theatrenses. 35.
 Thessali. 22
 Thessalonicenses, 23. 35. 42.
 Tiburtini. 74.
 Toletani. 77
 Tolosani. 47.
 Tornacenses. 54
 Thraces. 22
 Trallenenses. 41.
 Traiectenses ad Mosam. 55.

Tra-

N 4

I N D E X.

- mabus vestris.
- I. Traiectenses ad Rhenū. 105
 - Tranenses. 75.
 - Transsyluani. 83
 - Trecenses. 48.
 - Treuiri. 55.
 - Tridentini. 85
 - Troades. 35
 - Tullenses. 58.
 - Tungri. 55.
 - Turcæ. 93
 - & Turonici al. Turonenses. 47
 - Tusci. 76
 - Tusculani. 74
 - Tyrij. 37.
 - V A L E N T I E N S E S , al.
 - Velleenses. 74.
 - Vandalij, al. Vindili. 93. 96
 - Vangiones. 101.
 - Vascones. 106.
 - Vbij. 55.
 - Veetones. 51.
 - Verdenses. 114.
 - de semitis antiquis & ambulate in eis, & inuenietis refrigerium animi manifesti sicut in vobis. - Ier. 6. State super vias & interrogate
 - Verulenses, al. Verulanenses. 75
 - Viennenses Austriæ. 98. 124
 - Viennenses Galliæ. 46. 47.
 - Vindelici. 59. 98. 123. 124.
 - Vindi. 120
 - Vindonissenses. 99.
 - Virdunenses. 49.
 - Viromandui. 54
 - Vlysseni, seu Vlyssiponenses. 77
 - Vmbri. 76.
 - Vngari, al. Hungari. 77. 118. 129.
 - VValachriani. 105.
 - VVendi. 135
 - VVertenburgenses. 112
 - VWestphali. 105.
 - VVormacienses 57. 101.
 - Z E C C H I . 92.
 - Zelandi. 105.
 - Zvitseri. 52. 58.

F I N I S.

ALTERA LVCANA

ΠΑΡΑΙΝΕΣΙΣ DE FASTIS

Triumphalibus Euangeliij.

En iterum, illustrissime Princeps, viri religiosi velut theatri iconicæ personæ, ex omni regione & natione quæ sub cælo est, vti in Actis apostolicis habes, ac-
curatè loquentes, cum sua quique, tum nostra lingua multi magnalia Dei, ean-
dem (inquam) nobiscū fidem, eādemque
professi diu olim nobisque communem
religionem. Neque verò, vt veritatis pel-
lices hæreses, aut æmula religionis schis-
mata, vel fidei cauponatrices apostasiæ
existimant, hi omnes aut ebrij sunt, aut
deliri; sed istuc prorsus dudum vaticina-
tus est prophetes Ioel. In nouissimis die-
bus effundā de spiritu meo super omnē
carnem, & prophetabunt filij vestri & fi-
liæ vestræ, & iuuenes vestri visiones vide-
bunt, & seniores vestri somnia somnia-
bunt, & dabunt prodigia in cælo sursum,
& signa in terra deorsum. Eritque, om-
nis quicunq. inuocauerit nomen Domi-
ni, saluus erit. Quomodo ergo (inquit
S.Paul.) inuocabunt, in quem non credi-
Rom.10.

N s de-

derunt? Quomodo erident verò ei, quē
non audierunt? At quomodo audient,
absque prædicante? Qui denique prædi-
cabunt nisi mittantur? Ita siquidem ha-
bet oraculum: Quā speciosi pedes euan-

Esa. 52.

Io. 10.

Psal. 54.

Istuc est ta-
lentum depo-
nere at san-
ctam fennus
Matt. 25. & ex-
perie quā vo-
cāt Gr̄eci, ac
teruncio mi-
nuto, ingēnē
vſurā viu fa-
cere, Luc. 19.
Sic (inquam)
euangelij scin-
tillula atque
igniculus cre-
uit in totius
mundi incen-
diū, quod ve-
hemēterarde-
re Christi' cfla-
gitat Luc. 12.
Sic granit si-
napis in im-
mēsam evasit
arborē, sic to-
tagenerishu-
mani farina
verbi Diuini
fermōto imbu-
raeit Matt. 13
Sic alias alia
que oues hinc
inde Dñs co-
git in vñioui-
le, vt denique
sit ouile vñi,
& vñus pastor
Petrus, cui
vñi pascenda-
rū regendā
rumq. ouium
prouincia de-
legata est.

Ioan. 10. 21

geli depreēdicando destinatorum, euan-
gelizantium auctoritate qua delegati
sunt, bona. Hi nimirū religiosissimi mor-
tales fuerunt olim gregis ouilisq. Domi-
nici morigerē oues. Hi in domo Dei am-
bulauerūt cū consensu. Hisce piscationes
hominumq. venationes diu olim Hiere.
16. Matth. 4. sunt concreditæ: hisce fidis
colonis atque agricolis agri horreiq. Do-
minici frumētationes commissæ. c. 9. 10.
13. 28. Matth. Horum fructus acfruges
sempiternū durant. Io. 15. Istorum diui-
næ plantationes nūquam eradibuntur,
Matth. 15. hisce totius mūdi siue saliédi,
seu illuminādi, Matth. 5. siue fermētandi
Matt. 13. cura mandata est. Hi nos suæ fi-
dei, hæreditario quasi iure, successores re-
liqueunt. Ab istis nomen Christi didici-
mus. Ab his fide imbuti sumus. Ab eis
tanquam prototypis primisque & viuis
exemplaribus indeprauatis illis, merum
purumque euangelium legitimè traditū,
& à nostris maioribus ritè acceptū, enixil-
simè

simè obseruatum , magna cum industria
ac sine labore ad posteros transmissum , &
ne intestati mortui viderentur , velut te-
stamento , extrema cum voluntate , postre-
misque votis , nobis delegatum . Recen-
seant suos parentes Hæretici , si queant , vi-
ros bonos . Quod igitur ab horum tot po-
pulorum tanta locorum , quanta tempo-
rum , intercapidine discrepantiū sacro
sanctis ecclesiis traditum , creditū , cqua-
biliter obseruatum est , in euangelio est
habendum : quod verò in illis nō est , non
in euangelio , sed degenerē schismate , in
adulterio apostasiaz , in prauitate hæretica
ducendum est esse . Induxeram ego qui-
dem primū in animum , hic è regione
cuiusq . seu prouinciae , seu gēris , seu æui ,
obgannientem passim , nunc Iudaismum
contra , aliās paganisnum oblatrancem ,
vbique perpetuoq . grassantem Regum ,
Imperatorum , principumq . tyrannidem
sanguinariam , denique nullo non & loco
& tempore , & apud quosvis surrepētem
hæreticorum prauitatem ; verū Lac-
nismus mihi studio fuit , breuitatisq . cau-
sa supersedí . Multum profectò clarita-
tis , splendoris , ac ornatus pariter , Monar-
chiæ huic Catholicæ attulisset , & oppo-
sita

Nam malos
plusquam ne-
cessē fuit pro-
banit pridem
ecclesia apud
Germanos ,
Anglos , Gal-
los , Belgas ,
cruelibus
exēplis , qui-
bus omnino
hæreticorum
tacra constat .

al. Boëthus.

sita iuxta se mutuò posita magis magisq.
emicuissent , dum mūdus vniuersus tan-
quam perpetua quedam oratio, sua qua-
que hic ibi micante antithesi , & rerum
omnium cùm varietate, tum vicissitudi-
ne,suis quasi mébris,colis,periodis , obe-
lis,asteriscis , tropis , schematibus, omni-
busque leporibus, cōstitisset. Deinde con-
traria contrariis, malaq. bonis intertexta
immistaq. magno argumēto fuissent,non
solum quī melius Deo visum sit(vt disce-
rit compluribus locis S. Augustinus , Isi-
dorus,& alij) ex malis bona elicere,quām
mala non finere esse ; verum etiam quām
nihil turbent ordinem diuinum inordi-
nata hominum vitia, quām prorsus nihil
decedat sympathiæ Diuinæ seu iustitiæ,
seu misericordiæ , ac conuenientiæ cum
humanis bonis iuxta & malis actionibus,
postremò quām paucum, imò nihil,frustra
liceat & incassum hominum Hugonista-
rum, Geusiorumq. (inquam) malitiæ , &
temeritati in regno prouidetiæ,quod in-
quit Boëthius l. 4. de cons. prof 6. Illa nāq.
Diuinæ naturæ viribus suapteque indole
ita permanet , ita cohēret , vt nec morta-
lium malorū errata eius tenorē seriēme
impediant,nec iustorum pia opera iuuēt,
sed

sed vtrorumq. seu virtutes seu peccata in
vnam prouidentiam placidè coëant ac
conspirent amicè. Demum fuisset cuius
perspicuū, quî Ecclesia Cathol. tanquā li- Cant. r.
lium inter spinas, aut velut triticū inter
zizania coaluisset, quî multę filiæ congre-
gauerint diuitias, ipsa verò superauerit
vniuersas: quî fuerint multæ reginæ & cō
cubinæ, vna autē dilecta: quî sape fuerit
Ecclesiæ Cathol. arx obfessa, & à variis ho-
stibus aliâs aliasq. & alibi atque alibi op-
pugnata, sed nunquā expugnata: verū hęc
& aliò spectare videbam, & ego opus non
tā volumine, quām re magnū, enchiridij
instar esse volebā. Quis enim non videat
hic Numinis ęterni & immutabilis affini-
tatem? Quis non sentiat immortalis sem-
perq. sui similis Dei energiam indolemq.
quandā inesse huic tantæ varietatis tem-
porum, locorū, populorū, cōfensioni tan-
tæ? Quis hīc non intelligat Deū, qui sem-
per, vbiq; in omnibus idē est, in Ecclesiæ
Cathol. sponsæ suę, quæ esse debet modo
quodā altera ipse, perpetua concordia, sui
imaginē exprimere: Igitur qui hīc est, do-
mi, in patria, in ciuitate Dei est. Qui hic
non est, peregrinè dicam, est toto cęlo tota-
que terra aberrás, an nusquā est, an in sy-
na-

Matth. 13.
Proverb. 31.
Cant. 6.
Psal. 128.

Chronicon
atq. annales,
qui bus tem-
poribus hi
atque illi po-
puli, & per
quos pseudo-
apostolos à
fide Catholi-
ca decidue-
rint, perstrin-
gentes, pro-
pediem dabo.

nagoga Saranæ, & tribulis Diaboli est: Si
mus enim quisnā dixerit, Si Ecclesiam nō
Matt. 18. audierit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publi-
canus: & illud; Licet nos, aut angelus de-
Gal. 1. célo, euāgelizet præterquā quod euange-
lizauimus vobis, anathema sit. & iterum
iterumque, Siquis vobis euangelizet præ-
ter id quod accepistis, anathema sit.

En modus in rebus, sunt certi denique fines:

Vltra quos, citraq; nequit consistere rectum.

(Neque aliā ob causam, Gallia, Flādria

Hec irati Nu-
minis vīndi-
cta passim
apud prophe-
tas onus leu-
pondus indi-
gnationis ali-
cui regno im-
pendens, Eth-
nicis Neme-
fis siue Ram-
nusia dicitur
scelerum vin-
dex fatalis.
Belgiūque totū Deo vapulat nīsi ob fidei
religionisq. defectionē). Quod acceptum
est, apostolicum est siquis quippiā adden-
dum putet, anathema, adulterinū, diaboli
cū censendum est. Atq. ita postremō qui
tenet Ecclesiam, intus est, nobiscum est,
amicus est. Qui huic non acquiescit, neq.

Hiero. epist.
ad Damasum.
morē gerit, foris extra arcā in grassantis
diluuij naufragio est, aduersarius diabo-
lus, vel eius angelus, atq. minister Antichri-
stus est, non dicā Guesita Belgicus, non
dicā Hugonista Gallicus (ne quis me ve-
terem comediam agere, & se nominatim
perstringi arbitretur) sed apostaticus, sed
schismaticus, sed (proh dolor) deplorādus
hæreticus est: in quē, fortè non inelegan-
ter,

est: Sci
am nō
Publi-
lus de
ange-
erum
t præ-
fines:
um.
ádria
fidei
ptum
dden-
iaboli
ò qui
olicá,
n est,
, neq.
santis
iabo-
tichri
, non
ie ve-
atim
, sed
rádus
egan-
ter,
ter, cōpetat illud An. Senecæ, Qui nimiū sibi blandiendo nutrit malū, serò recu-
set aliquando ferre quod subiit iugū. vel Platonis illud, Vt tunc demū incipiat cre-
dere, quum incipiet sentire, sempiternū, quod amplexus est, malū. Plerūque enī m-
dediscit animus sero, quod didicit diu (he-
resim puta) & illi mors grauis incubat,
qui philautia, & cupiditate glorię tractus,
notus nimis omnibus, ignotus moritur si-
bi: quem vt sol oriēs vedit superbū, necel-
se est (vt fit) occidens videat iacentē. O
quantū est in rebus inane! Tu verò amice
lector, si hacnostra parēnesi philosophabe-
re, bene habebit, eritq. quod gaudeā, & ti-
bi mihiq. congratuler plurimum. Statim
similatque intelligā, hasce meas demon-
strationes euāgelicas (quas vocat Euseb.
Pamphili Cæsareæ Palæstinæ Episcopus)
acceptas esse, non omittam referre gra-
tiam, & reliqua quæ in manibus sunt, li-
benter dare. Vale.

Libellus hic nihil habet S. Romanae Ecclesiæ fidei contrarium an-
Reipub. offensuum; immo dignus est ut typis in mulitorum utilitatem &
commodum exprimitur: quo l. attestor

Sebastianus Baer Delphius insig. Cathed. Ecclesiæ
S. Mariae Antuerpiensis Plebanus & Canonicus.

ERRATA. Adnotationes marginales quæ sunt, fo. 16, 17, 18. per-
tinent ad §. illum qui est, fo. 15. de præfectura & residentia S. Petri Ro-
mae, auctoritatem auctori respondere prudens lector intelliget facile.

Tragoed. 4.
in Phædra.

In Timæo.

Id nuper apud
Gallos & Bel-
gas comper-
tum est, delici-
tis factionum
Tragicarum
capitibus.

R
S T
CO

Aue

PRIVILEGII SVMMA:

Concessum est, per patentes Reg. Ma. literas, doctissimo viro
F. Arnoldo Mermannio Alostano, ut librum suum, cui ti-
tulus est, Conuersionis gentium theatrum, cui velut iurato
Typographo tradat imprimendum ac distrahendum. Interdictum
quoque est alijs omnibus, quicunque demum illi sint, ne eum impi-
mant, aut alibi impressum, in ditiones Regie Ma. distrahendum im-
portare tentent, spatio sex annorum proxime sequentium, sub graui-
bus paenit, quas literae exprimunt, date Bruxellis die XVII.
Iulij, anno M. D. LXXI.

Signat.

I. Dela Torre.

De regno
Christi.
Chronolog.
De unica
relig.

Th
4926